

110

ale

m

hu

9.276

ta Cruz  
6

562

9.246

1910



313.

218







SE DV LII

PASCHALE CVM AELII

ANTONII NEBRISSEN

SIS INTERPRETA

TIONE NVPER

EXCVSYM.




Cum priuilegio  
Imperiali.



APVD INCLYTAM GRANATAM.

ANNO.

1553.



**¶ Arius Lusitanus ad Lectorem.**

Hæc legite o iuvenes diuini carmina vatis,  
Hæc ver late pia nocte dieq; manu.  
Non hic monstra canit priscis conficta poetis,  
Non hic Centauros, œdipodas ve leges.  
Vera salutiferi narrat monumenta Tonantis,  
Et sacrum esancto defluit ore melos.  
Quæ, quoniam Antonij ingenio patefacta videre  
Quisq; potest, lætus perlege, quisquis ades.

*Elegia*

**AELII ANTONII NEBRISSEN**  
sis grammatici in Sedulij poema de Christi  
miraculis paraphrasis.

**C**oelij Sedulij presbyteri mirabilium diuinorum siue carminis paschalis  
liber primus incipitur feliciter. Quis fuerit hic Sedulius, aut vnde

Coelij Sedulij presbyteri in Pascha  
le opus Praefatio.

**P**aschales quicumque dapes conuiuia requiris,  
Dignatus nostris acubitare toris,

ortus, aut quibus  
temporibus floruerit:  
quae solent in reliquis  
auctoribus desiderari:  
fateor me, quod  
meminerim, nusquam  
legisse. Nam neque di-

uus Hieronymus in libro de viris illustribus: neque in alio opere, quod est de  
ecclesiasticis scriptoribus: sed neque Genadius: qui post Hieronymum in eodem  
sudauit opere: aut quisquam alius, quod sciam, Sedulij meminit: nisi quatenus Ge-  
lasius Papa in Decretis distinct. xv. his verbis scripsit. Venerabilis viri Se-  
dulij Paschale opus: quod heroicis scripsit versibus, insigni laude proferis-  
mus. Quodque sub incerto autore quaedam illius carmina ecclesia canit: ut il-  
lud. Salue sancta parens enixa puerpera Regem: qui coelum terramque regit  
per secula cuius: & illud, quae ventre beato Gaudia matris habens: cum vir-  
ginitatis honore: nec primam visa es simile, nec habere sequente. Sola sine ex-  
emplo placuisti foemina Christo. & quod in nocturnis lectionibus omnium san-  
ctorum legitur. Egregius versificator, inquit, Dei sapientiam omnia nosse: atque  
potestates, cursus, loca, tempora nosti. Sigibertus tamen autor non multae authorita-  
tis asserit hunc fuisse natione Scotum: scripsisseque opera complura ad religionem no-  
stram pertinentia: floruisse autem sub Theodosio caesare: quod mihi non fit verisimile:  
cum a ceteris scriptoribus praetermissus sit. Operis vero materia tangit: cum dicit.  
Mirabiliu diuinorum: quod & ipse autor videtur innuere, cum scribit in ipsa statim  
sui operis fronte. Clara salutiferi taceant miracula Christi. & infra. constat virtu-  
tum signa tuarum. & in epigramate: quod ipsi nomine scriptum reperit, breuiterque trium-  
phos tangit Christus tuos. Sed & in titulo: qui in omnibus prope antiquis codi-  
cibus legitur, mirabiliu diuinorum opus praetitulatum est. At in ipsius epistola, quae est  
ad Macedonium presbyterum: opus suum paschale carmen inscripsit. Huic, inquit, ope-  
ri paschalis carminis nomen imposui: quia pascha nomen immolat est Christus. Et  
in liminari versu poemae illud ipsum ostendit dicens. Paschales quicumque dapes con-  
uiuia requiris. & infra. Hec firmos ad dona gradus paschalia ducit. haec mihi  
carmen erit. Denique & in Gelasii decreto: cuius paulo ante mentionem fecimus: pas-  
chale opus praenotatum est. Quare & nos duplicem materiam proposuimus, & quam  
antiqui codices habent, & quam recentiores: cum praesertim ex ipsius auctoris ope  
vterque titulus defendi possit. Neque est nouum apud scriptores duplices titulos  
suis operibus apponere, id quod in dialogis Platonis & Ciceronis licet intueri.  
**P**aschales. In hoc epigramate: quod prologi vicem sustinet, Sedulius extenuat  
vires suas, ut & arrogantiam fugiat, atque proinde lectoris beniuolentiam  
sibi conciliet. Paschales dapes, id est cibum animae: qui est Christus: ipso dicente  
Ioan. ca. vi. Caro mea vere est cibus: & sanguis meus vere est potus. Accubitare  
toris, id est accubere nostris mensis. Virg. i. aen. Tu das epulis accumbere diuum.

A η Pone

¶ Pone supercilium, id est fastum, vel potius grauitatem & feueritatem. Virgilius, siue ille est Ouidius in priapeia. conueniens latio pone supercilium. Vnde superciliosos appellat Seneca tristes & feueros, alienæ vitæ censores. Cognoscis amicum, id est non conditione superiorem: cum amicitia vera, teste Aristotele, sit inter æquales. Nec queras hic opes, sic lego, non opus: ac si dicat: nō expectes

in hac cœna: quam tibi appositur? sū: nimios sumptus. Artificis codicis, id est scriptoris operis. Adi solennia, id est accede ad sollemnitatem. Plus, id est potius, Animo id est voluntate amici præbentis tibi cenam. Quā cibo, id est cibi sumptuositate. Diuitias, id est locupletēs sacrarum literarū autores. Deliciosus, id est delicatus & fastidiens cibos vulgares. Cœnis, perstat in translatione pro disciplinis. Nobilium Doctorum puta Hieronymi & Augu-

stini. Mare: vt Rhombos. Soleas. Acipenseris. Terra, scilicet fruges. quadrupes. Volat, vt attagenas. Phasides Numidicas. Mella cerea, id est, quæ cellis ex cera sexangulis includuntur: vel retulit ad colorem, vt Virgilius in bucolicis. Addam cerea pruna, ideoque subdit. Flauescunt: qui color mellis est. Canistris: quomodo mella canistris in cœna apponantur: non video, nisi malis legere catinis. Quod vero dicit gemmatis, aut pictis, intelligendum est aut floribus sparsis: aut quæ catini gemmas habeant insertas. vnde subdit. Aurea vasa, suis fauis, an sui coloris: an quæ faui vasis aureis apponi consueuerunt. Sic Martialis. Immodici tibi flaua tegunt chrysendeta mulli: concolor in nostra gaminare læce rubes. Exiguum olus, puta brasicas, & betas: & sunt translationes sumptæ a cibis corporis ad cibos animæ. De paupere horto. Virgilius in bucolicis. Custos es pauperis horti. Testa rubra, id est pastella figularis ex rubrica formata: quo genere vasis nullum est vilius.

Cum sua

Pone supercilium: si te cognoscis amicum;  
Nec queras hic opes codicis artificis,  
Sed modicæ contemptus adi solennia mensæ,  
Plusque libens animo: quæ saturare cibo,  
At si magnarum caperis dulcedine rerum,  
Diuitiasque magis deliciosus amas,  
Nobilium nitidis doctorum vtere cœnis,  
Quorum multiplices, nec numerantur opes,  
Illic inuenies quicquid mare nutrit edendum,  
Quicquid terra creat, quicquid ad astra volat.  
Cærea gemmatis flauescunt mella canistris,  
Collucentque suis aurea vasa fauis.  
At nos exiguum de paupere carpsimus horto,  
Rubra, quod appositum testa ministrat, olus.

### ¶ Exordium,

## P R I M V S.

**C**um sua gentiles. poetarum partes Sedulius imitatur. Nam & proponit quibus de rebus est dicturus. & inuocat deinde. tum denique profertur opus institutum. Sed cur potius hanc religiosam materiam elegerit rationes affert: sed illam imprimis quod poetæ res fictas: aut malo exemplo perniciosas scribunt: ipse vero veriora veris est scripturus. Poetæ

gentiles. sic Christiani appellant illos, qui sunt a vera religione alieni: quos græci Ethnicos vocant. Pompare. verbum nouum pro pompaticè scribere. Boatu tragico, id est, grandiloquo stilo. Iuuenalis. Grande sophocleo bachamur carmen hiatu, & Persi. Fabula seu mesto ponatur hiada tragedo. Ridiculo vegeta. sic legendum ex codicibus antiquis: non ridiculo veteri, cum sit ordo & sensus.

**C**um sua gentiles studeant figmenta poetæ  
 Grādisonis pōpare modis, tragicoq; boatu  
 Ridiculoue Geta, seu qualibet arte canendi,  
 Sæua nefandarum renouent contagia rerum,  
 Et scelerum monumenta canant, ritucq; magistro  
 Plurima niliacis tradant mendacia biblis.  
 Cur ego Dauidicis assuetus cantibus odas  
 Cordarum resonare decem, sanctoq; verebor  
 Stare choro, & placidis cælestia psallere verbis?  
 Clara salutiferi taceam miracula Christi,  
 Cum manifesta loqui liceat: dominūq; potentē  
 Sensibus & toto delectet corde fateri?  
 Qui sensus & corda dedit: cui conuenit vni  
 Facturam seruire suam, cui iure perenni

Vel cum renouent contagia rerum nefandarum, id est res, quæ malo exemplo & quasi contagione quadam noceant Christianis. Ridiculoue Geta, id est de rebus ridiculis: quales sunt quæ in comœdijs Attelanicis, præsertim representantur. Nam Getarū, Dauorum, Cappadocum, & Syrorum nomina seruorum sunt ex prouincijs et certis quibusdam regionib9 figurata: quæ passim reperiuntur in comœdijs. Qualibet arte. puta carmine satyrico, elegiaco, epigrammatico, lyrico. Monumenta scelerum, id est, res quarum recordatio multum nocere potest. Ritu magistro, id est consuetudine, quæ est apud poetas rerum magistra. Hora, in poetica. Aut famam sequere, aut conuenientia finge. Biblis niliacis, id est papyris Aegyptijs. Mar. Perdite niliacas mure meæ damna papyros. & Luca. in. iij. Nondum flumineas memphis contexere biblos nouerat. Nam papyrus siue biblus iuncus est: ex quo temperato antiquiores faciebant chartas scriptorias. Dauidicis cantibus. Nec mirum cum Sedulius presbyter fuerit: atq; proinde psalmodum cantor. Odas, id est carmina siue cantus, qui græce vocantur odæ. Decem chordarum, id est in psalterio decachordo, de quo in psalmo. xcj. In psalterio decachordo psallam tibi. Verbo, id est cum maxima quadam reuerentia. Placidis, id est non turbulentis, sed animi tranquillitate profectis. Miracula Christi, hæc est subiecta totius operis materia: ad quam omnia referuntur, quæ in hoc opere scripta sunt. Salutiferi saluatoris: qui græce soter: Hebraice Iesus siue Iosue dicitur. Manifesta, non vt poetæ ficta, & falsis permixta. Facturam suam, id est

A iij opus

# LIBER

opus suum. nam factura & factor rarum est nisi apud iuniores. Arcibus æthereis. Et subaudi in terra iuxta illud Mar. vii. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Par splendor. i. lumen de lumine, id quod in symbolo canitur. Lumen de lumine: & quod hymnographus dicit. Splendor paternæ gloriæ. & quod ad Hebræos cap. j. legitur qui cum sit splendor gloriæ & figura substantiæ

eius. Communis apex. i. æqualis celsitudo. Semper principium, per quod pater omnia creavit. iuxta illud Io. cap. vii. Principiū. qui & loquor vobis. Sceptrum iuge. quod supple dixit sine tēpore regnū. Nam Sceptrū regni est insigne, quemadmodum et tīara. Virg. vii. æn. Sceptrū sacerq; tīaras. Via salutis, superiora. s. confite

Arcibus æthereis vna est cum patre potestas,  
 Par splendor, communis apex, sociale cacumē,  
 Aequus honor, virtus eadem, sine tēpore regnū,  
 Semper principium, sceptrū iuge, gloria cōfors,  
 Maiestas similis, hæc est via namq; salutis.  
 Hæc firmos ad dona gradus paschalia ducit.  
 Hæc mihi carmen erit, mentes huc vertite cūcti.  
 Hanc constanter opem læsis adhibete medullis,  
 Quos lethale malum, quos vanis dedita curis  
 Attica Cecropij serpit doctrina veneni,  
 Sectantesq; magis vitam spirantis odorem,  
 Legis Athenæi pædorem linquite Pagi.  
 Quid labyrintheo Thesidæ erratis in antro?

lia. i. ad Christū: cuius caro (vt diximus) vere est cibus: cuius sanguis vere est potus. Hæc, scilicet via, quæ eundem est ad Christum. Mentis vertite huc, id est animaduerte & considerate. Hanc opem, id est medicinam. Medullis læsis, id est peccati morbo vitiatis: hoc est mentis recessui siue cōscientiæ corruptæ. Quos malum lethale serpit, id est ambit, alluditq; ad naturā herpetis siue ignis sacri: per quem intelligit morbum animi incurabilem ex longa consuetudine. Doctrina Attica, id est artes & sciētia humano ingenio adinuentæ, quæ quanq; a barbaris originē haberent, vt Diogenes Laertius scribit, Athenis tamē excolte sunt: & ad summam perfectionem perductæ. Veneni Cecropij, id est Atheniensis, qua omnis disciplina humano ingenio adinuenta Christianæ religioni plerūq; inimica est. Odorem legis spirantis vitam: ea autem sola est diuina: quæ facit nos Deo viuere. Linquite pædorem. i. pueriles ineptias, nam proprie pædor est puerorū squallor & illuies. Transfertur tamē ad alias ætates & res. Luca. de Mario. libr. ij. Longusq; in carcere pædor. Pagi Athenæi, qui dicitur Areopagus. i. Martis vicus: eratq; locus non longe ab Athenis, vbi de maximis rebus Athenensium capitalibus maxime agebatur a quadringentis senatoribus. Itaq; cum legis diuinę spirantis vitam meminisset: subdit de legibus humanis areopagitarum: quibus cum Paulus apostolus disputauit. Quid labyrintheo. sensus est, sine lege diuina homines in hac vita errare necesse est, quasi in labyrintho quodam perplexo & inextricabili. Fuerunt autem labyrinthi quatuor. primus in Aegypto. secundus in Creta. tertius in Lemno. quartus in Italia. sed hic de Cretensi intelligit: de quo Virgil. vi. gneidos. Hic labor, ille domus & inextricabilis

## P R I M V S.

trahibilis error: & in quo pendere poenas Cecropidæ iussi miserum septena quotannis corpora natorum. Ideo dicit. O Theſidæ. id est Athenienſes ab illorum Rege Theſeo: quemadmodum & a Cecrope Cecropidæ dicuntur. Virgil. iij. Georgicorum. Præmiaq; ingentes pagos & cōpita circum Theſide poſuere. & per Athenienſes intelliguntur omnes diuinę legis exortes.

Cæcæq; Dedalei luſtratis limina tecti:  
 Labruſcā placidis quid adhuc præponitis vuīs?  
 Neglectiſq; roſis ſaliuncam ſumitis agri:  
 Quid lapides atq; æra colit: quid ſana profanis  
 Proderit, atq; animas mutis damnare metallis?  
 Parcite puluerei ſquallentia iugera campi:  
 Et ſteriles habitare plagas, vbi gignere fructum  
 Arida neſcit humus: nec de tellure cruenta  
 Liuida mortiferis vellatis toxica ſuccis  
 Tartareis damnata cibus: ſed amœna vireta  
 Florentum ſemper nemorum, ſedeſq; beatas  
 Per latices intrate pios: vbi ſemina vitæ

In antro labyrintho, id est in profundo huius ſæculi: quod est quaſi quoddam antrum. Luſtratis, id est circuitis. Limina cæca, i. occulta. ſic Virgilius Dedalus ipſe dolos tecti ambas geſq; reſoluit. Cæca regens filo veſtigia. Tecti Dedali, quoniam Labyrinthum Cretenſem Dedalus fecit: vix centumſimam Aegypti partem imitat: vt

refert Plinius. Labruſcam vuam, ex vitibus incultis. Vuīs placidis, id est mitibus & maturis, hoc est falſa veris, & diuinis humana. Eſaiæ quinto. An quod expectaui, vt faceret vuas: & fecit labruſcas, Neglectiſ roſis. Ex Virgilio in bucolicis. Puncteis humilis quantum ſaliunca roſetis. Eſt autem ſaliunca, vt Plinius deſcribit: herba folioſa, ſed breuis & quæ necit, non poſſit radici numeroſæ cohærens. herba verius quam flos: denſa veluti manu preſſa breuiterque ceſpes ſui generis. Neceſt quod putauit Dioſcorides Nardus Gallica. nec vt Mamotretus enarrans. Eſaiæ quinquageſimo quinto. Pro ſaliunca aſcendet abies: quam vulgo dicit appellari trepam. Seruius orci tunicam dici appellari. Quid lapides, dehortatur atque ab idololatria mortales deterret dicens. O profani, legitur & profania: vt ſit ſenſus. Quid proderit vobis: lapides & æra, id est ſtatuas lapideas & æreas colere. Et ſana, id est templa in quibus verus Deus coli debet. Profanis, id est rebus impijs & ſacrilegis. Et damnare animas, id est obligare, atque obnoxias facere, Virgilius in bucolicis. Damnabis tu quoque votis, id est obligabis. Metallis mutis, id est ſtatujs ex aliqua materia metallica fabricatis. Parcite, id est nolite, ſiue abſtinetate. Virgilius in bucolicis. Parcite oues nimium procedere. Iugera ſquallentia, id est, inculta & infructuoſa. Cruenta, id est, quæ mortis cauſa eſt. Toxica venena, quibus venatores inſiciunt ſagittas, ſiue illa ſit ex arbore taxo, ſiue ex elleboro. Liuida ab effectu, quoniam veneno extincti liueſcunt. Cibus tartareis, id est ad inferos deducentibus. Sed intrate amœna vireta. Virgilius. vi. æneid. Deuenere locos lætos & amœna vireta. & alludit ad paradifum voluptatis: de quo Geneſis. ij. Per latices pios, id est religioſos, hoc eſt per aquam baptiſmatis. Semina vitæ. Tranſlatio eſt a ſeminibus in terram iactis: quæ imbribus coaleſcunt.

a iij Diuinis

# LIBER

Diuinis animantur aquis. i. viuificantur baptisate. Seges spinis mundatur ademptis. perstat in translatione semel sumpta. Et cumulare. subintellige a superioribus queat. Fructum centenum. iuxta illud ex euangelio.

**O**mnipotens æterne deus. Inuocatio est more poetico. Spes vnica, id est supremum bonum & finis, in quem omnia diriguntur. Fabricator

ades. pro es, vt sit compositū pro simplici. Nam adesse significat prope esse. Mergere confinia terræ, id est oram maritimam: in qua Deus mari terminos prescripsit. Imple lunam cornibus, id est lumine, quod cornua ambiunt. Vtrumque lumen, id est, solem & lunam. Hoc est vt Genesis capitulo primo scribitur. Luminare maius vt præset diei: & luminare minus, vt præset nocti. Metiris, id est, diuisis. Qui numeras. Ex psalmo. cxlvj. Qui numerat multitudinem stellarū: & omnibus eis nomina vocat. Signa, quæ ex stellis fixis constant: neq; sola illa duodecim zodiaci: sed alia triginta sex: quæ sunt ad Septentrionem & Meridiem. Po-

restates: quas vires habeant influendo terras. Cursus. quos tam fixæ quam erraticæ in orbibus suis conficiunt. Loca. vbi quæq; stella est secundum cæli longitudinē, latitudinē, & profunditatē. Tēpora. quibus mouentur, vt Saturnus in annis triginta. Iupiter in duodecim. Mars in triginta mensibus: & alij suis quicq; temporibus. Terram nouam, id est nuper creatam. In corpora diuersa, scilicet plantas & animalia terrestria. Viuentia membra, id est, partes viuentes, quod idem est. Meliore cibo, scilicet corpore suo. Ab angue, id est a diabolo in specie serpentis. Genesis capite secundo. Spumantis. ex concursu

Diuinis animantur aquis: & fonte superno  
Lætificata seges spinis mundatur ademptis:  
Vt messis queat esse Dei, mercisq; futuræ  
Maxima centenū cumulare per horrea fructū.

## ¶ Inuocatio.

**O**mnipotens æterne deus spes vnica mūdi,  
Qui cœli fabricator ades, q̄ cōditor orbis,  
Qui maris vndisonas fluctu surgente procellas  
Mergere vicinæ prohibes confinia terræ,  
Qui solem radijs, & lunam cornibus imple,  
Inq; diem, ac noctem lumen metiris vtruncq;  
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus  
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti:  
Qui diuersa nouam formasti in corpore vitam,  
Torpentiq; solo viuentia membra dedisti:  
Qui pereuntem hominē vetiti dulcedine pomi  
Instauras meliore cibo, potuq; sacрати  
Sanguinis in fufum depellis ab angue venenū:  
Qui genus humanū, præter quos clauserat arca  
Diluuij rapida spumantis mole sepul tum.



# PRIMVS.

ex concursu videlicet vndarum. Vna stirpe, id est in illis octo ex toto orbe su-  
perstitib⁹. Vt mystica virtus mōstraret, id est in hac figura significaret hoc,  
quod delicta carnis necat, id est genus humanum. Per vndas, scilicet baptis-  
matis: vt statim dicitur. Ligno præsule, id est in virtute crucis siue passionis  
Christi. Quid si legas prestite: aut præsule. Ducit in urbem, id est cælestem

Hierusalem. Angu-  
sto calle. Quia ar-  
cta est via: quæ du-  
cit ad vitam. Ver-  
bi lucernâ. Ex psal-  
mo, cxxxj. Lucernâ  
na pedibus meis  
verbū tuum: & lu-  
men semitis meis.  
Semita vitæ, id est  
iter angustū, quia,  
vt diximus, arcta  
est via, quæ ducit  
ad vitam. Nam se-  
mita dicitur quasi  
semiter. Agat me,  
id est ducat, ad cau-  
las. i. ad septa, si-  
ue ouilia. Qua, id  
est ea cæli pte qua,  
Pastor bonus, ipso  
dicente. Ioannis de  
cimo. Ego sum pa-  
stor bonus. Ouile

Vna iterum de stirpe creas, vt mystica virtus,  
Quod carnis delicta necant, hoc præsule ligno  
Monstraret liquidas renouari posse per vndas,  
Totum namq; lauas vno baptisate mundum,  
Pande salutarem paucos, quæ ducit in urbem,  
Angusto mihi calle viam, verbicq; lucernam  
Da pedibus lucere meis, vt semita vitæ  
Ad caulas me tutus agat, qua seruat amœnum  
Pastor ouile bonus, quo vellere præuius albo  
Virginis agn⁹ ouis, grexq; omnis cādīd⁹ intrat,  
Te duce difficilis non est via. subditur omnis  
Imperijs natura tuis, ritucq; soluto  
Transit in aduersas iussu dominante figuras,  
Si iubeas medijs segetes arere pruinis,  
Messorem producit hyems, si currere mustum

amœnum, id est voluptuosum, ac propter se delectabile. Nam amœna dicun-  
tur loca: quæ propter se ipsa experuntur, dicta quasi sine munere hoc est offi-  
cio. Quo. i. in quod ouile. Agnus ouis. id est Christus Mariæ filius: de quo  
baptista dixit. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccatū mūdi. Ouis virginis.  
Nam si ille agnus metaphoricus, id est castus dictus, & hæc ouis simplicitate  
humilitate & innocentia dici potest. Præuius Christus, primitiæ dormien-  
tium: qui resurrexerūt: primus vitæ viam ingressus est. Albo vellere. Qua  
li in ipsius transfiguratione: de quo scribitur Matthei Capite decimo septi-  
mo. Quod facta sunt vestimenta illius candida sicut nix. Grex omnis can-  
didus. Vt recte possit dicere, quod Virgili⁹ in bucolicis canit. Daphnis ego  
in syluis, hinc vsq; ad syderanotus, formosi pecoris pastor formosior ipse.  
Te duce: quasi diceret. Si nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descēdit  
impossibile est illuc peruenire: sed te duce facile est: quia a diebus Ioannis  
baptistæ regnum cælorū vim patitur & violenter rapiunt illud. Ideo sub-  
ditur omnis. Ritu soluto, id est ipsa natura suis legibus soluta. In aduersas.  
pro diuersas aut contrarias. Iussu dominante, id est dominantis & præsiden-  
tis Dei. Deinde quod in genere dixit: explicat per partes. pruinis, id est per  
mediam hyemē. Messorem pro messes ipsas. Mustum, quod per autumnum  
fluit in lacus. Florentibus aruis, id est, quæ tempore verno florent.

Sordidus

# LIBER

Sordidus propter vindemias. Ouidius. ij. Metamorphos. Stabat & autus  
 mnus calcatis sordidus vis Vinitor, hoc in loco pro vindemiator posuit, sic  
 Virgilius in bucolia. aut custos gregis: aut mature vinitor vus. Idem. ij. geor  
 gicorum. Iam canit extremos effetus vinitor antes. Indicio, id est testimo  
 nio & argumento. Origo cana, id est antiquitas. Virgilius primo æneidos.  
 Cana fides & ves  
 sta pro antiqua. Si  
 gna virtutum, id  
 est miracula, de qui  
 bus in hoc opere  
 tractatur. Abolen  
 da, id est oblitan  
 da & tollenda. Per  
 stringere, id est bre  
 uiter tangere. Syl  
 uam patentem, id est  
 immensum opus fa  
 eratum literarum,  
 & proprie posuit  
 syluam pro mate  
 ria, quæ greci vocant  
 hylem, vox ferrea.  
 Aemulatio est vir  
 gilianæ ex. vi. enei  
 dos. Nō mihi si lin  
 guæ centū sint ora  
 quæ centum. Ferrea  
 vox anhelet, i. spi  
 ret. Quorum me  
 ritis, id est, signorū  
 multitudini. Are  
 næ bibulæ, id est a  
 quam in fusam ni  
 mium imbibentes.  
 Virgilius Bibulas  
 labere fauillas.

**P**rim⁹ ab vsq;  
 chao. Aggre  
 ditur opus in

stitutum siue illud sit paschale, siue diuinorum miraculorum: inter quæ post  
 mundi creationem primum est Enoch raptus. de quo Gene. v. Ab vsq; chao,  
 id est a mundi principio, & loquitur de illorum opinione, qui mundum ex  
 chao factū opinati sunt: cum sacræ literæ ex nihilo procreatum confiteantur.  
 Virg. iij. geor. Atq; chao densos diuum numerabat amores. Meritis viuaci  
 bus, i. propter quæ diu viuere meritis est. nā postea quæ vixit annos ccclxv. ci  
 tra mortē raptus est. Natura perdente modū, i. leges suas: quibus statutum  
 est hominib⁹ semel morrad Hebræos. ix. Iure creādi, q. d. Creatus est per na  
 turā sed raptus est cōtra naturam: ideo mors miratur illum sibi ademptum.

Saucia

Vernali sub sole velis florentibus aruis,  
 Sordidus impressas calcabit vinitor vuas.  
 Cunctaq; diuinis patebunt tempora dictis,  
 Indicio est antiqua fides, & cana priorum  
 Testis origo patrum, nullisq; abolenda per eū  
 Temporibus, constant virtutum signa tuarum,  
 Ex quibus audaci perstringere pauca relatu  
 Vix animis committo meis, syluamq; patentem  
 Ingrediens aliquos nitor contingere ramos,  
 Nam centū licet ora mouens vox ferrea clamet,  
 Centenosq; sonos humanum pectus anhelet,  
 Cuncta quis expediet? quorum nec lucida cœli  
 Sydera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ,

## ¶ De raptu Enoch in cælum;

**P**rim⁹ ab vsq; chao meritis viuacibus Enoch  
 Multa p innumeros iā secula cōtigat annos,  
 Natura perdente modum, quem iure creandi  
 Terra tulit genitū, sed mors miratur adēptum,

## ¶ De conceptu Saræ & immolatione Isaac.

## P R I M V S.

**S**aucia iam vetulæ. Alterum miraculum de conceptu Saræ in ætate prope modum decrepita: ex Gene. Cap. xvij. & xxi. Viscera saucia, id est defæcta & quæ præ nimia ætate non poterant generare. Saræ vetulæ, quippe cui iam pridem defierat muliebria. Consumpta sicut grandæuo, id est effecta & sterilis longa ætate, est autem situs squalor & incultus earum rerum: quæ

longo tēpore defierunt coli. Virgili⁹ primo georgico rum. Et segnem patiēre situ durescere campum. Frigidus sanguis, qui in fœcundis est calidior: Luca. in secundo. Dū sanguis inerat: dum vis materna: peregi iussa caro. Cum seniore viro, erat enim Sara Abraam ex fratre Arā neptis, nā cum eo tēpore Abraham centenari⁹ esset: illa ætate minor fuit, cui tamen iam pridem muliebria genitalia cessassent. In partū novum, id est inusitatum hominum ge-

**S**aucia iam vetulæ marcebant viscera Saræ,  
**G**randæuo consumpta situ, prolēq; negabat  
 Frigidus annoso moriens in corpore sanguis  
 Cum seniore viro: gelidi præcordia ventris  
 In partum tumuere novū, tremebūdāq; mater  
 Argentes onerata sinus, spem gentis optimæ  
 Edidit, & serum suspendit ad vbera natum,  
 Mactandumq; deo pater obtulit, & sacer ipsas  
 Pro pueri iugulis aries mactatur ad aras,  
 O iusti mens sancta viri pietate remota  
 Plus pietatis habens, contempsit vulnera nati  
 Amplexus præcepta Dei, typicūq; cruoris  
 Auxilio ventura docet, qui sanguine fuso  
 Humana pro gente pius succumberet agnus,

¶ De vxore Loth versa in statuam salis.

**L**oth sodomę fugiēte chaos, dū respicit vxor  
 In statuā mutata salis, stupefacta remansit.

neri. Tremebunda mater, id est titubans & vacillans per ætatem. Sinus algētes, id est vterum senilem. Edidit spem gentis, id est peperit filium, vnde propaganda esset illa gentis multitudo: quæ ab ipso deo stellarum numero comparata est. Serum natum, i. senili ætate genitū. Mactandūq; deo. Subdit aliud miraculū superioricōsequēs ex Gen. cap. xxi. Quod præcepit deus Abraam ut sibi proprium filium sacrificaret, quod cum ille exequeretur: in ipso iugulandi filium articulo ab angelo prohibitus est id facere: pro quo arietem, forte oblatum, immolauit. Aries sacer, id est sacrificandus. Pro pueri iugulis, id est pro Isaac iugulato. O iusti, Commendatio Abraam ex fide & obedientia. Pietate remota, id est in filium impius. Habens plus pietatis, scilicet erga deum: qui in ordine pietatis præferendus est. Typicūque cruoris. Nam per Abraam mystice Deum patrem intelligimus: per Isaac filium: qui est oblatum a patre pro salute nostra. Roma. Capite octauo. Docet ventura, i. quod futurū erat ostendit Isaac sacrificandum. Qui, s. agnus, de quo Ioan. cap. ij. Ecce agnus dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Pius, vsq; ad mortem patri obediens. Succumberet, i. caderet tanquam hostia.

**L**oth Sodomę, miraculū aliud, quo pacto Loth cum vxore filijsq; duabus fugiente Sodomā ex præcepto angelorum, quæ iusserat ne in fuga respicerent.

# LIBER

respicerent post tergum: vxor cum respexisset: in statuam salis versa est: quā Flavius Iosephus narrat se vidisse. Ex Genesis Capite decimo nono. Chaos Sodome, id est euerfionem. Stupefacta, id est sine motu & sensu. Conuersa, id est respiciens. Quia nemo. Moraliter exponit, quod de vxore Loth respiciens te dixit. quod etiam exemplo saluatoris nostri confirmat ex euangelio: nemo tenēs aratrū in manu retro aspicit.

**I**gnibus innocuis. Cū apparuisset dominus Mosi in rubo ardente, inter cetera illud fuit mirabile: quod materia ardens non comburebatur. Exodi capitu. tertio. Ignibus innocuis, cum alias omnia consumat. Vñ & a Virgilio. η. Aeneidos. Ignis edax dicitur. Apparuit. visa est. Frutex. rubus: cum nec arbor neque herbasit. Flāme blandite. i. nihil nocentes: sed potius mulcentes. Lambebāt, id est, leuiter & citra combustionem tangebant. Virg. η. Aeneid. Tactuque innocua molli lābe

re flāma comas. Robora frōde. i. virgulta frondosa rubi. Aestu amici fomitis. Nā cū inter ignē & fomitem: hoc est materiā cōbustibilem sit antipathia inimica quedam cōtrarietas. in hoc mirabile, quod fomes fuit igni amicus.

**M**itis in immitem. Primum signum, quod iubente deo factum est per Mosē & Aaron Pharaonē, vt dimitteret populū: fuit virga cōuersa in colubrū: qui deuorauit colubros Aegyptiorū sapientium: qui & ipsi voluerāt idē imitari. Exod. ca. vii. Virga mitis. Nihil feritatis habens in manibus Mosi & Aarō. Sinuata. i. in sinus reuoluta. Per globos flexos. i. per sp̄tras in orbē cōtortas. Et tumēs colla. i. virga illa in draconē formata habēs collū veneno tumidū. Virg. η. ēñ. Attollentem iras & cerula colla tumētem. Linguis trifulcis. Virg. η. Georg. Linguis micat ore trifulcis. Trifulcis linguis. i. vibrantibus. Nam, vt inquit Seruius. Nullū animal tanta celeritate linguam mouet, vt triplicem habere videatur. Chelydros serpētes amphibios: hoc est terra & aqua vicissim victitantes. Virgilius Nigris exesa chelydri. Virgulta, id est in virgam. Propriū rigoris, id est innatae duricie.

Peruia

Ad pœnam conuersa suā, quia nemo retrorsum  
Noxia contempti vitans discrimina mundi  
Aspiciens saluandus erit, nec debet arator  
Dignū opus exercēs, vultū in sua terga referre.

¶ De rubo ardente cum non  
combureretur.

**I**gnibus innocuis flagrans apparuit olim  
Non ardens ardere rubus, nec iuncta calori  
Materies alimenta dabat: nec torrida viuens  
Sensit damna frutex: sed amici fomitis aestu  
Frondea blanditæ lambebant robora flammæ.

¶ De virga Aaron versa in colubrum

**M**itis in immitē virga est animata draconē  
Per flexos sinuata globos: linguisque trifulcis  
Squāmea colla tumēs inimicos ore chelydros (cis  
Sorbuīt, & propriū redit in virgulta rigoris.

## PRIMVS.

**P**er uia diuisi, quo pacto ppl's Israel duce Mose, fugiēs ex Aegypto traiecit mare pedibus siccis: cum Moses prætenta virga illud in partes duas facto vtrinque quasi muro diuisisset. Exod. xiiij. Cerula ponti. i. pontus. a colore. Reuoluta in geminū latus. i. disiecta in dextram & sinistra partem vis, qua iturus erat ppl's. Cognatis aquis, quia iam inde a mūdi creatiōe terra illa fuerat aquis obruta. In mare absentis pelagi. i. in locum: in quo prius fuerat mare: quod nunc abest. marmora sicca. i. maria siue maris loca. Virgilius. i. Georg. Et qñ infidum remis impellere marmor Stupuerūt. i. admirata sunt Virgil. i. Georgi. Ipsa suas mirantur Gargarra messes. plantas peregrinas. i. fundo maris alienas. Mutauit viā: quia mare quod erat nabile: factum est stabile. Gerebat baptisma rude. i. representabat nouum baptisma futurum. Christus dux. Ex cuius passione sacramenta vires habuerūt. Clamat nā lectio. sic latini dicunt: pro eo quod recentiores textus.

### ¶ De maris Rubri diuisione.

**P**er uia diuisi patuerunt cerula ponti,  
In geminum reuoluta latus, nudataq; tellus,  
Cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris  
Intrat in absentis pelagi mare, perq; profundum  
Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas.  
Mutauit natura viam, mediumq; per equor  
Ingrediens popul<sup>9</sup>, rude iam baptisma gerebat,  
Cui dux Christus erat, clamat nā lectio, multas  
Vox dñi sup extat aquas: vox deniq; verbū est.  
Verbū Christus adest, gemine qui cōsona legis.  
Testamenta gerēs, veterem patefecit abyssum,  
Ut doctrina sequens planis incederet aruis.

### ¶ De manna quod pluit.

**Q**uid referā innūeras coelesti pāe cateruas  
Angelicos sumpsisse cibos: nibisq; supni  
Nectaris aerea populum dulcedine pastum.  
In plumis habuisse dapes, & in imbribus escas:  
¶ Quod aqua ex petra fluxit,

Vox domini. Psalm. xxvij. Vox dñi super aquas multas. Vox autem verbum patris est. i. Christus. Qui gerens testamenta consona. i. concordans vtrūq; testamentum noue & veteris legis. Patefecit abyssum veterem. i. vetus testamentum obscuritatibus plenum: quod per mare intelligitur. Doctrina sequens. i. Euangelica: in qua velum templi scissum est.

**Q**uid referam: Quomodo murmurāte populo contra Mosem: deus misit illi coturnices, & manna de caelo. Exodi. xvi. Innumeras. Ad sexcenta hominum millia numerantur in libro Numerorū. Coelesti pane. i. māna: quod de caelo pluit. Nimbis, tam de coturnicibus, quam de manna: quæ more nimborum cadebant. Aerea dulcedine. i. ex aere proueniente. In plumis, ad coturnices refertur, in imbribus ad manna.

Rursus.

# LIBER

**R**ursus. Cum populus castrametatus in Raphidim aquæ penuria laboraret, Moses virga percussit petra: quæ statim fluxit aqua. Exodi. ca. xvij. Aruis exustis. i. aquæ penuria laborantibus. Virgil. Hinc deserta siti regio. Aegra. sterilis & inculta. Vivendi, quia sine cibo & potu mortales non possunt vivere. Metallo. i. lapide, vel potius lapidis vena. Marmora ieiuna. i. sicca. Panis de quo in Psal. Panem angelorum manducavit homo. Petra, de qua prima Corinthios. x. Petra autem erat Christus. In vndis. p. baptismum.

**A**ngelicis. de asina: quæ allo cuta est Balaam diuinum, cum proficisceretur ad maledicendum populum Israel sub Balac filio Sephor Regis Amorrej. Ex libro Numerorum. c. xxxij. Angelicis minis. Minabat enim angelus illi stricto gladio. Suum sessorem. i. Balaam sibi insidentem. Lingua rudenti. alias Pecuale, quod numerat inter pecudes. Persius. arca diæ pecuaria ruderem credas. de asinis. dixit.

**S**ol stetit. Cum Gabaonitæ se Iosue dedidissent: ac se illius societati coniunxissent: Reges finitimi illorum urbem oppugnare coeperunt. Cunctis Iosue suppetias ferret socijs, hostesque fugerent: iussu Iosue sol stetit: donec hostes profligati sunt. Ex libro Iosue. cap. x. Ad Gabaon, quæ fuit Aueorurum urbs metropolis: ceciditque in sortem tribus Benjamin. Lucem anhelantem. i. Estuantem, quia in meridie. Vespere dilato: usque ad hostium interfectionem. Insolitus, quia sol nunquam tale aliquid fecerat, Nec luna, quia etiam stetit. Populantibus, evertentibus hostes. Feruidus gladius. Non quod gladius ferueret, sed quod victores feruenter eo utebantur. Ingentem hostem. etant enim quinque Adonisedech Rex Hierusalem, & Ohan Rex Ebron. & Phara Rex Hierimoch. & Iaphia Rex Lachis. & Dabir Rex Eglon. Coniurante polo. quasi societatem cum Iosue ineunte. Venturum Iesum. Nam quem nos Iosue, Gicci Iesum, Hebrei Ichosua vocant. ergo p. Iosue Iesus Christus figurabat. Heliam.

**R**ursus in exustis sitiens exercitus aruis, Quia nimium loca sicca diu, quæ terra negatis Aegra iacebat aquis: qua spes ablata bibendi, Vivendique fuit. subitas arente metallo Hausit aquas, sterilique latex de rupe manavit, Et ieiuna novum vomuerunt marmora potum. His igitur iam sacra tribus dans munera rebus, Christus erat panis. Christus petra. Christus in vndis. ¶ Asina alloquitur Balaam.

**A**ngelicis tremefacta minis affatur asella Sessorem per verba suum: linguamque rudenti, Edidit humanas animal pecuale loquelas. ¶ Sol stetit pugnante Iosue.

**S**ol stetit ad Gabaon: medijque cacumine cœli Sfixit anhelantem dilato vespere lucem. Insolitus frenare diem, nec luna cucurrit Ordine pigra suo: donec populantibus armis Feruidus ingentem gladius consumeret hostem Coniurante polo, iam tunc famulata videbant Sydera venturum præmissis nomine Iesum.

¶ De coruo pascente Heliam.

## P R I M V S.

**H**eliam. Quomodo Helias propheta a coruo est eibatus, tãdẽq; raptus est in cœlum. Ex. in. Regũ. cap. xviii. &. in. Regũ lib. cap. ij. Corui ministri. i. cibum ministrãtes. Sine more, quia nunq; tale aliquid antea factũ fuit. Deditus rapinis. i. ex raptu victitans. Caua guttura. ad vorandũ acs cõmodata. Ieiunis moribus: aut ipse coruus quãuis ieiun9: aut Helix ieiun9

no. Bonus Helix. i. fidus. Noe cũ illum quasi exploratorẽ dimisit ex arca neq; reuers9 est. Gen. ca. viij. Imo vera lectio est apud Hebræos egrediebãt9 & reuertebãt9: vide licet nõ habẽs vbi cõsisteret. itaq; Sedul. etiã suo tpe habuit codicẽ incastrigatũ. Abluit. mundavit ministrando nũc Helix. Deligt. cũ nõ est obsecut9 Noe. Plenus Deo. i. spiritũ hñs ppheti cũ. Fecit heredẽ. s. Heliseũ pphetam successorẽ suũ. In astra aurea. Virg. n. qñ. Ferita aurea sidera clamor. Orbita nõ exprimit sulcos. i. rota curr9 nõ relinquit vestigia q̄ sunt quasi quedã sulci. Exprimit. i. de

**H**eliam corui quondam pauere ministri  
Præbentes sine more dapes, alescq; rapinis  
Deditus, atq; auido saturans caua guttura rostro  
Tradidit illæ iam ieiunis morsibus escam.  
Nunc bonus Helix, qui perfidus antea Noe  
Abluit in terris, quicquid deliquit in vndis.  
Plenus at ille deo, postq; miracula terris  
Plura dedit: meritiscq; suis succedere dignum  
Hæredem propriæ fecit virtutis amicum,  
Aurea flammigeris euectus in astra quadrigis.  
Qua leuis aereos non exprimit orbita sulcos,  
Sydereum penetrauit iter: currucq; corrusco  
Dexteriora petens, spacio maiore triumphum  
Duxit, & humani metam non contigit æui:  
Quam bene fulminei prælucescens semita cœli  
Conuenit Helix merito, qui & nomine fulgens  
Hac ope dignus erat: nam si sermonis Achiui  
Vna per accentum mutetur litera sol est.

### ¶ De Ezechia Rege.

**V**ltima labentis miseratus tempora vitæ  
Ter quinos quõdã regi deus addidit ānos

signat. Dexteriora petens, id est, cœlestia: cum terrena sint sinistra. spacio maiore, quia cœlum longe lateq; patet: cum terra angusta sit illius comparatione. Duxit triumphum, id est, more triumphantium curru in cœlum inuectus est. Metam æui humani, id est, mortem: iuxta illud Apostoli ad Hebræos, cap. ix. Statutum est homini semel mori. Cœli fulminei, id est, tanquam fulmine splendentis Merito, quia ex actis suis est illustratus. Et nomine quia Helios græce interpretatur Sol, sed dictio hebraica non recipit etymologiam latinam: ideo subdit. Sermonis achiui, id est, græci. Mutetur litera per accentum, scilicet, a. o. & accentus acutus ex penultima transferatur in antepenultimam, sed de accentu alibi diximus.

**V**ltima. quomõ Ezechie Regi egrotãti Esaias ppheta denũtiavit illũ postridie moriturũ. Quẽ flẽtẽ, supplicẽq; de9 miserat9: quindecim vitẽ annos illi progauit. Ex. in. Regũ ca. xx. Lucis labẽtis. i. vitẽ iam lapsẽ.

Vsus iure

# LIBER

¶ **V**sus iure suo: quia solus Deus illud potuit facere. Claudens limina mortis patefacta, id est, iam aperta ad illum deuorandum.

**I**onas hic, vnus ex prophetis minoribus missus a deo vt prædicaret Ninis: naue ascensa Tharsum aufugiebat. Cunctis superuenisset tempestas: intelligentes nauæ ob peccatū alicuius ex focis id accidisse: sortiti sunt inter se: forsque ob-

tigit Ionem, vt in pelagū deturbaretur. deturbatus a ceto deuoratus: & in Ioppē delatus est a ceto. Ex Iona capi. i. Vitale sepulchrum id est, viuens cetus. in quo tanquam in sepulchro erat. Depositū, id est quasi depositum: quod a depositario reddendum est: cum repetitur. Ad ignotas terras. ad Ioppē. inimico remige. s. ceto voratore.

**C**um spirante. Cū tres pueri hebraei nolent adorare statuam quā fecerat Nabuchodonosor Rex, in fornacem ignis coniecti, illesi permanserunt. propter quod facinus Rex in belluam transformatus, septem annos in syluis errauit. Ex Daniele. capi. iij. &. iij. Spirante Deo. in studio diuino. Babylonia sacra, id est statuam illam a Nabuchodonosor propositam: quā Babylone gestū est. Negarent. s. adorare. Chaldaea lege, quia Rex Chaldeorum erat Nabuchodonosor: qui legem tulit. Achemeniam iram. i. persicam: quia rex quoque Persarū fuit. Fuit autem Achemenes Rex primus, a quo Persæ Achemenem. Poenæ imagine incendia. i. quorū incendiorum poena proposita est non adorantibus imaginem. Flammas. ordo est. Flamma ardēs camini. i. fornacis, est restincta flammis fidei.

Vsus iure suo, patefactaque limina claudens  
Mortis, ab occasu vitam conuertit in ortum.

## ¶ De Iona propheta.

**I**onas puppe cadens, ceto sorbente voratus,  
In pelago non sensit aquas, vitale sepulchrū,  
Ne moreretur, habens, tutusque in ventre ferino  
Depositum non præda fuit: vastumque per equor  
Venit ad ignotas inimico remige terras.

## ¶ De tribus pueris in fornace.

**C**um spirante Deo Babylonia sacra negarēt  
Tres vna cum mente viri, durūque subirent  
Exitium sæui Chaldaea lege tyranni,  
Cuius Achemeniam rabies accenderat iram  
Plus fornace suo, medios trudentur in ignes,  
Nil vrente rogo, tantoque ardore calentes  
Cordis imagine vincunt incendia poenæ.  
Igne animi. o quanta est credentū gloria, flammis  
Ardentis fidei restincta est flamma camini,  
Digna sed immittem mox perculit vitio regem.  
Nam quæ ab humana vecors pietate recessit,  
Agrestes pecudum consors fuit ille per herbas:  
Aulica de pasto mutans conuiuia foeno.

Vitio



# PRIMVS.

Vitio perculit, idest percussit. Nam quod vecors, idest insensatus & ferus. Consors pecudum, versatus inter feras. Aulica conuiuia, idest Regio apparatus exposita. Pronus bibit, more quadrupedum. Lustrans septena tempora, idest in lustris ferarum incedens per annos septem. Hirsutus, idest pilosus, horridus, & incultus.

Pronus ab amne bibit, septena tempora lustrās,  
Omnibus hirsutus syluis & montibus errat,

¶ De Daniele exposito leonibus.

**N**ec minus & Dari fuerunt iussa tyranni:  
Ecce etenim sceleris scel<sup>9</sup> addidit ira furētis:  
Hebræumq; decus Daniel discernitur insons  
Ieiunis cibus esse feris, sed bellua iusto  
Mitis facta viro, sanctos ne læderet artus,  
Coepit amare famem, rabies mollita furorem  
Deposuit, sæuisq; in faucibus ira quieuit,  
Et didicere truces prædam seruare leones.

¶ Recapitulatio dictorum miraculorum.

**D**ic vbi sunt natura tuæ post talia leges?  
Quis toties tibi iura tulit? qui tartara iussit  
Trāslatum nescire virum: sterilemq; marito  
Fœcundauit anum, sacram præcepit ad aram  
Sponte venire pecus: muliebres transtulit artus  
In simulacra salis: ramos incendia passos  
Non ardere dedit: virgultum soluit in anguem:  
Per pelagus siccauit iter: mirabile nimbis  
Manna pluit; saxo latices produxit ab imo:

lis de lepore & leone. Et securior est in ore præda.

**D**ic vbi sunt. Recapitulatio est eorum, quæ supra memorauit, mirabilium, quam dixim<sup>9</sup> esse materiam huius operis. Post talia, scilicet miracula. Tulit, idest abtulit, siue (vt Theologi dicunt) suspēdit. Trāslatum virum, scilicet Enoch, quod fuit primum miraculum. Anum marito, idest Saram viro suo Abraam. Pecus, cum Abraam voluit sacrificare filium. Muliebres artus, scilicet vxoris Loth. Ramos, rubum, Virgultum, virgam  
B Mosis.

**N**ec minus.  
Daniel apud  
Darium ac-  
cusatus, q; de reli-  
gione non bene sen-  
tiret: leonibus a Re-  
ge deuorandus ex-  
ponitur: qui tamen  
se ab illius laniatu  
abstinuerunt. Ex  
Daniele capi. xiiij.  
Dari. ab eo qd est  
Darius, prima tum  
breuis, tum longa  
reperitur, ab eo qd  
Dareus Ouidi<sup>9</sup>. in  
Ibim primam pro-  
duxit dicēs. Vtq;  
necatorum Darei  
fraude secundi. Fu-  
ruerunt, atqui grā-  
matici dicunt præ-  
terito carere. Dec<sup>9</sup>  
Hebræum. appo. i.  
Hebræorum glo-  
ria & honor. Ama-  
re famem, idest po-  
tius fame laborare:  
q; in virum iustum  
seuire: nil enim per  
se amat famem. Ra-  
bies. leonibus inge-  
nita ultra famem.  
Mollita. facta mi-  
tis & mollis. Serua-  
re prædam. Martia

# LIBER

Mosis. Siccauit. qua populus per mare transfret. Nimbis. i. in similitudine  
nimborum & pluuiæ. Produxit. Mose petram feriente. Quadrupedem. i. as-  
sinam sub Balaam. Suspensis elementis. i. stantibus sole & luna, atq; ex conse-  
quenti reliquis stellis: cum Sol stetit ad Gabaon. Per volucres hominum  
pasci. id est per coruos Heliam: atq; eundem in calum rapi. Tria lustra. i. annos  
quiddecim. Ezechiae

Regi. Fundauit o-  
pem naufrago, id  
est opitulatus est  
Ionæ. Sub rore, ga-  
irrorati sunt in ca-  
mino ardenti. Re-  
gem Nabuchodo-  
forin pecudem pis-  
iosam conuersum.  
Rictus leonum, id  
est leones aperto  
ore esurientes. Ne-  
scire furorē. i. obli-  
uisci proprię ferita-  
tis. Nempe creato-  
ri, respondet ad id,  
quod supra dixit.  
dic ubi sunt natura-  
tuę. &c. Et ē ordo.  
Omne suum opus  
famulatur creato-  
ri. Cuius sermo est.  
i. cuius verbo creata  
sunt oia visibilia  
et inuisibilia. Qua-  
cūq; .i. per quacūq;  
partē. Sētētia trahit.  
i. voluntas diuina:  
q̄ solo nutu oia  
facit, q̄cūq; vult.

**H**eu miseri, occasione eorum: quæ dicta sunt de rerum creatione: atq;  
creaturarum obedientia: inuehitur in idololatrias: quæ relicto veri  
Dei cultu: colūt pro Deo res a Deo creatas. Vana, id est indigna quæ  
colantur. Simulacra religiosa, id est, quæ putant religiosa: cum sint profana.  
Verentur. timent & venerantur, quæ facere, scilicet simulacra opera manuū  
suarum. Vt volucrem. Aegyptios carpit: qui hæc monstra colebant. Volu-  
crem, puta saturam serpentibus ibim: vt ait Iuena. Turpem bouem, id est  
magnum. Virg. in Georg. Forma bouis cui turpe caput: cui plurima ceruix,  
quod Seruius pro magno expont: & dicit propter Apem bouem: quē Aeg-  
gypti colunt. Tortum draconem, puta Aesculapum: qui sub imagine ser-  
pentis sinuosi colebatur. Semihominem canem, i. Mercurium: siue Anubim  
qui in specie canis ab Aegyptiis colitur. Patrem rerum, i. creatorem. quia oia  
suo lumine

Quadrupedem fari plano sermone coegit.  
Suspensis rapidas elementis distulit horas.  
Per volucres hominem pasci dedit, atq; coruscis  
In cœlum transuexit equis: iam morte grauato  
Adiecit tria lustra viro, prædonis in ore  
Naufrago fundauit opem, flagrantem camino  
Seruauit sub rore pios: & pascua Regem  
Pant, vt hirsutam pecudem, rictusq; leonum  
Instimulante fame, iussit nescire furorem.  
Nempe Creatori, cuius quæcūq; videntur,  
Seu quæcūq; latent, & rerū machina sermo est,  
Omne suum famulatur opus, sequiturq; iubētis  
Imperium, quacūq; trahit sententia nutu.

## ¶ Inuehitur in Idololatrias,

**H**eu miseri, qui vana colūt, qui corde sinistro  
Religiosa sibi sculpunt simulacra, suumq;  
Autorem fugiunt, & quæ fecere verentur.  
Quis furor est: quæ tāta animos demētia ludit:  
Vt volucrem, turpēq; bouem, totūq; draconē,  
Semihominēq; canē supplex hō pron⁹ adoret:

# PRIMVS.

suo lumine collustrat. Cum constet, improbat horum errorem: cum sic dispē  
sare lucem per motum, non sit officium domini: sed potius ministri. Nec sem  
per vbiq; est. Deum autem necesse est esse vbiq;. In origine mundi. Nā illud  
non potuit esse Deus: quod habuit principium. Sol habuit principium: quia  
die quarto creatus. Geminum diem, imo tres dies, ex Gene. cap. i. Sic quē ad  
modū & soli. Crescere ac minui, qđ  
Deo repugnat. Fu  
gātur luce solis su  
perueniētis. Deus  
autem nihil habet  
supra se maius. La  
ticē. i. aquā. Larē. i.  
ignē, quia lares dñ  
familiares ad focos  
penetrales coleban  
tur. Inimica. i. hęc  
duo contraria ele  
menta. Arboreis. i.  
collit abores tan  
quam alicui Deo  
sacras. Dicit pro  
pter lucos. de quib;  
bus in. iij. Regum  
libr. sæpe legimus.  
Dapes. quas sacrifi  
cat. Flebilis. i. su  
plex coniugñ fidē.  
id est fidelem coniu  
gem. Virgi. iij. cñ.  
Coniugūq; vos  
cat. Lignee. i. o cau  
dex, o stipes & pla  
ne ligneus. Ligna  
rogas. i. rogare de  
bes. surdis, quia di  
cit psalmographus  
aures habet & nō  
audiēt, sed illud de  
simulacris: hoc de  
arboribus dicitur.  
Regūt iura domo  
rum, non benefas  
ciendo domesticis:

Ast aliq; solem cæcatis mentibus acti  
Affirmant rerum esse patrem: quia rite videtur  
Clara serenatis infundere lumina terris,  
Et totum lustrare polum, cum constet ab istis  
Motibus instabilē rapidis discursibus ignem  
Officium, non esse Deum, quicq; ordine certo  
Nunc oritur, nunc occiduas demissus in oras,  
Partitur cum nocte vices, nec semper vbiq; est.  
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi,  
Cum geminū sine sole diē nouus orbis haberet.  
Sic lunæ quoq; vota ferunt, quā crescere cernūt,  
Ac minuit, stellisq; litant, quæ luce fugantur.  
Hic laticem colit, ille larem, sed iungere sacris  
Non audent inimica suis, ne lite propinqua,  
Aut rogas exiguas desiccet fortior vndas,  
Aut validis tenues moriantur fontibus ignes.  
Arboreis alius ponit radicibus aras,  
Instituitq; dapes, & ramos flebilis orat,  
Ut natos, claramq; domum, dilectaq; rura,  
Coniugūq; fidē, famulos, censumq; gubernet.  
Lignee ligna rogas: surdis clamare videris,  
A mutis responsa petis: quæ iura domorum  
Hac ratione regunt, si cæsa securibus actis  
Ardua pendens sustentant culmina tecti,  
Aut subiecta focis dapibus famulantur edendis,  
Nonnulli venerantur olus, mollesq; per hortos  
Numina sicca rigant, vericq; hac arte videntur

sed ad structuram ornatum, vtilitatemq; afferendo. Securibus actis. i. impa  
ctis & allisis. Subiecta focis, imo super iniecta. Edendis, id est comedendis, ve  
neranter olus. Hi sunt Agyptiq;. Iuuenē. Porrum, & cæpe nefas violare: &  
frangere morsu. O sancte gentes: quibus hæc nascuntur in hortis Numina.  
B n Transplā

# LIBER

Transplantatorum. i. quos ipsi transplantauerunt. Longū nefas. i. longo tempore: etiam in damnando insistere. Ne vram. i. contaminem, miscendo profana sacris. Sentib⁹, que nō sinūt crescere lilia. Virg. ij. Georgi. Vrit em̄ cāpū līni seges. vrit auenē. Violaria. loca vbi nascuntur violæ: sicut rosaria vbi rosę. Cardu⁹. Virgilij ē. Paliur⁹. herba spinosa Aegypto & Cyrenaicę familiaris.

**T**am satis. Trans  
sitio est a dictis  
ad dicenda: acceditq; paulatim ad euāgelij dapes paschales. Monstra. i. res monstrosas & indignas: quæ ab hoīe coli debeant. Aut potius defleuimus. color est correctionis. nā tali potius deflenda: quā ridēda sunt. Viam cœptam. i. opus institutū. Firmare gradus. i. pedibus niti. Montē. p̄ altū. euāgelium intelligit: per quod itur ad ciuitatē dei: sed ad eā rem op⁹ est libertate: non ea (vt dicit Persi⁹) q̄ inducta ē iure gētī: sed vera libertate: hoc est animi. Tholis fuluis. i. auratis. est aut tholus (vt inq̄t lactātius in illud Papinij. ij. The. Figāq; super bis arma Tholis.) loc⁹ in media tēpli testudine: vbi vō uētīū dona appēdebantur. Digna, quia indigna non dant. Claustris remotis. i. ianuis reſeratis. Cordi pulsanti aperiuntur. Matth. Cap. vij. Ille lapis reprobus. De quo in Psal. cxvij. & Matth. xxi. Angulus gestat in vertice, id est qui factus est in caput anguli. & qui fecit vtracq; vnum. Miracula. ad illud quod psalmista dixit. Et est mirabile in oculis nostris. Onus leue. Matthæi. vndecimo.

**P**er digesta. Iterum continuat dicta dicendis. Quæ genitor. etsi creator nomē sit Trinitati personarū cōicatū: tñ in symbolo natum creatorē celi &

Transplantatorum cultores esse deorum.

Plura referre pudet, sanctioq; in carmine lōgum  
Vel damnare nefas, ne mollia sentibus vram  
Lilia, purpurei neu per violaria campi  
Carduus, & spinis surgat pallurus acutis.

¶ Paulatim accedit ad euāgelium.

**T**am satis humanis erroribus addita monstra  
Risimus, aut tales potius defleuimus actus.  
Nunc cœptam iuuat ire viam, montēq; per altū  
Nitentes firmare gradus, properemus in urbem  
Libertatis ope radians, vbi Regia fuluis  
Emicat aula tholis: vbi dantur digna petenti.  
Quærenti spes certa manet, claustrisq; remotis  
Peruia pulsanti reſerantur limina cordi.  
Hic est ille lapis reprobus, quem vertice gestat  
Angulus, atq; oculis præbet miracula nostris:  
Cuius onus leue est, cuius iuga ferre suaue est.

¶ Continuat dicta dicendis.

**P**er digesta prius veteris miracula legis,  
Quæ genitor socia nati virtute peregit,  
Retulimus sancti coniuncto spiritus actu:  
Quæ natus socia patris virtute peregit,  
Per digesta rudis nec non miracula legis  
Dicemus sancti coniuncto spiritus actu,

# PRIMVS.

caeli & terræ confitemur. Natus, qui auctor est noui testamenti: referens tamen omnia ad patrē. Rudis legis, id est nouæ. nam rudia sunt noua. Quod simplex triplicet, id est quod est vnum & simplex in essentia, sit triplex in personis. & e contrario, quod est triplicabile, id est triplex in personis. Simplex, id est, sit simplex. Arrius infœlix, qui de Deo male sentiens filium minore patre dixit. Flectere, incuruare catholicam veritatē. In foueam atram. Ad inferos detrusus. Tā vacuus sensu, sicut dicim⁹ vacuus cerebro. Tēpore pœnæ iustæ. nam in Episcoporum populique præsentia disputas: cū leuandi vētris causa in foricam declinasset: intestina egerere coact⁹ est. Arator. fusa ruit Arrius aluo. Qui similauit iura, id est similia esse dixit. Parentis perpetui. i. Dei patris eterni. Non imitanda. i. que paternitates humanæ naturæ nō possunt imitari. Similauit (in quibus) gradibus honorū caducorum. i. hominū: inter quos descendit series generatiōis a patre per filium in nepotem. Lex

Semper vt vna manens deitatis forma perēnis,  
 Qd simplex triplicet, qd q̄ ē triplicabile simplex.  
 Hæc est vera fides, hanc spreuit habere salutem  
 Arrius infœlix, qui curua per auia rectum  
 Flectere nixus iter, foueam delapsus in atram  
 Corruit, & tetri mersus petit ima profundi  
 Tam vacuus sensu, iustæ q̄ tempore pœnæ  
 Visceribus fuis, vacuus quoq̄ ventre remansit  
 Demens, perpetui qui non imitanda parentis  
 Iura caducorum gradibus similauit honorum.  
 Namq̄ homines inter natum genitore minore  
 Lex carnalis habet, quoniam pater ipse parentis  
 Filius ante fuit, mox & qui filius est nunc,  
 Afforet esse pater, sic per genus omne nepotum  
 It noua progenies, & aui numerantur a uorum,  
 At dominus, verbum, virtus, sapientia, Christus,  
 Et totum commune patris de lumine lumen,  
 De solo solus, cui nec minus est patre quicquā,  
 Nec quo crescat habet, genit⁹, nō quippe creat⁹,  
 Ipse est principium, nam sicut clarus habetur  
 In genitore manēs, genitor quoq̄ clarus in ipso

carnalis, id est humana. Minorem, scilicet tempore. Afforet esse, id est continget. Nepotum, id est posterorum. Aui a uorum. Ex Virgil. Dominus Christus, peculiariter dominus noster per redemptionē. Verbum patris, hoc proprium est. Virtus & sapientia, hæc attributa sunt filio. Totum commune patris. De essentialibus diuinitatis est intelligendum, vt infinitus, eternus, omnipotens. Lumen de lumine, vt in simbolo expresse canitur. De solo solus, scilicet procedens per generationem. alioquin & spiritus sanctus est a patre & a filio: sed per inspirationem Nec minus: nec quo crescat. q. d. est equalis. Genitus. i. procedēs a patre per eternam generationem. Non creatus. qd Arrius dixit impie. Principium, de quo Ioan. cap. viij. Principium: qui & lo

B in quor

# LIBER

quor vobis. Clarus habetur. ex Ioanne capite. xiiij. Deus clarificatus est in eo: & Deus clarificauit eum in semetipso. Rerum caput. id est principium: tamen si in attributis principium filio dedimus. Qui est pater: hic est filius. hoc namq; hæreticum est dicere. Quod pater est: hoc filius est. Hoc pius & religiosum, nam in genere neutro significatur substantia siue essentia. per masculinum & foemininum designantur personæ: vt pater est alius a filio: & alia est persona patris. alia filij. alia spiritus sancti. non aliud est pater a filio. & persona patris non est aliud a persona filij. Ipse docens. Ioan. Cap. de cimo quarto. Phi lippe nō credis quia ego in patre: & pater in me est? Rur sus. ex Ioanne capite decimo. Summus vnum. subaudi in essentia: sed nō vnus, id est vna persona. Arius vnū debet scire. Arius & Sabellium contrarios inter se impietatis autores reprehendit: quorum prior trinitatem posuit: sed in personis inæqualitatem. posterior vero confudit personas dicens: vnum

Deum: sed pro diuersitate officiorum nunc esse patrem: nunc filium: nunc spiritum sanctum. Fidem trinam. id est trium personarum. Vnam. dicens esse trinum & non vnum. Sua dicta. id est alterius dicta. Brachia exerta. more illorum: qui pugnis decertaturi sunt. Cati. id est callidi & astuti: non ad docendum: sed ad certandum. Sapientia mundi: quia sapientia huius mundi stultitia est apud Deum. Crispere cachinnum. ex Persio. Naso crispante cachinnos. Sic. sequentes extrema: & fugientes medium.

**I**Nterea paulatim accedit ad principale institutum: quod, vt ab initio dixit, erat clara salutiferi non tacere miracula Christi: quæ sunt ab Euangelicis enarrata. Viam leuamus. quasi instituisset proficisci ad legem Euangelicam:

Permanet, & rerum caput est Deus vnus vbiq;. Non quia qui summus pater est, & filius hic est: Sed quia quod summus pater est, & filius hoc est. Sic ait ipse docēs, ego in patre, & pater in me est. Rursum, ego atq; pater vnū sumus. Arius vnū debet scire, simulq; Sabellius esse fatendum. Ille fidem trinam; tamen hic amplectitur vnam. Ambo errore pares, quæq; diuersa sequantur. Qualiter assueti varias producere sectas. Impugnant sua dicta viri, qui brachia nudis. Ostendunt exerta humeris, nil tradere docti, Sed tantum certare cati: prudentia quorum Stulta iacet, quia vana Deo est sapientia mundi. Hic loquitur nimis, ille tacet, hic ambulat, hic stat. Alter amat fletus, alter crispere cachinnum. Sic igitur miseris par est vesania cunctis.

**¶** Disponit ad materiam librorum sequentium.

**I**Nterea dum rite viam sermone leuamus.

# PRIMVS:

gelicam: & inter eundem narrasset viæ comitibus quædam miracula ex te-  
tamento veteri, vt itineris labor subleuaretur. Spes & fides. Quæ duæ vir-  
tutes comitantur Christianum in hac vita. In ardua, id est in alteram vi-  
tam, aut in legem Euangelicam: quæ me docet arctam esse viam: quæ ducit  
ad vitam. Matthæi septimo. Blandius, id est minore cum labore. Arcem, id

Spesq; fidesq; meū comitātur in ardua gressum,  
Blandius ad summā tandem peruenim⁹ arcem.  
En signo sacrata crucis vexilla coruscant,  
En Regis pia castra micāt, tuba clamat herilis,  
Militibus sua porta patet, qui militat, intrat,  
Ianua vos æterna vocat, quæ ianua Christus.  
Aurea perpetuæ capietis præmia vitæ,  
Arma quibus domini tota virtute geruntur,  
Et fixum est in frōte decus, decus armaq; porto,  
Militiaq; tuæ bone Rex pars vltima resto,  
Hic propria sedes, huius mihi mœnibus vrbs  
Exiguā concede domum, tuus incola sanctis  
Vt merear habitare locis: alboq; beati  
Ordinis extremus conscribi in sæcula ciuis.  
Grandia posco quidem: sed tu dare grā dia nosti.  
Quæ magis offendit, quisquis sperādo tepescit,  
Christe faue votis, qui mundum in morte iacētē  
Viuificare volens quondam terrena petisti,  
Cælitus humanam dignatus sumere formam,  
Sic aliena gerens, vt nec tua relinquere posses,  
Hoc Matthæus agēs, hominē gñaliter implet,  
Marcus, vt alta fremit vox per deserta leonis,

bum tabula: in qua iudicum nomina scribebantur. Suetonius in Domitia-  
no. Equitem Romanum erasit iudicum albo. Tepescit, id est non est feruis-  
cus in spe. Faue votis. Inuocatio est diuini auxiliij ad opus suum proficien-  
dum. Petisti cælitus, id est a cælo descendens. Aliena gerens, id est humanita-  
tem ante incarnationem. Tua, id est diuinitatem. Matthæus hoc agens, sci-  
licet quod tu sumpta humanitate apud nos gessisti. Implet hominem, id est  
habet hominis effigiem ex Ezechielis visione. Alta vox per deserta, ad illud  
refertur: quod Marcus in initio sui Euangelij scribit. Ego vox clā-  
mantis in Deserto, parate viam domini, & cætera.

est culmen legis Euangelicæ. En si-  
gno. Translatio est  
sumpta a militan-  
tibus sæculo, ad eos  
qui militant Chris-  
to sub Euangelio.  
Clamat. ad fidem  
vocat. Sua porta,  
id est propria, quæ  
Christus est. Ioan-  
nis capite decimo.  
Ego sum ostium  
ouium. Præmia vi-  
tæ. Hoc est donas-  
tium: quod mis-  
litantibus Christo  
proponitur. Decus  
in fronte, hoc est  
insigne crucis pe-  
chrisma impressū.  
Pars vltima, id est  
minimus Christia-  
norum. Hic, id est,  
in his castris, scilicet  
militantis eccle-  
siae. Vt merear.  
Post peractam mi-  
litiam in hac vita.  
Conscribi albo, id  
est in tabula illa: si-  
ue libro vitæ, de  
quo in Apocalyp-  
psi, Erat autem al-

B iij Iura

Iura sacerdotij. Incepit enim suum Euangelium a sacerdotio Zachariæ. Ore iuueni. animalis nati ad sacrificium. Verbo. dicens in initio Euangelij. In principio erat verbum. Totidem tempora. quia numerus Euangelistarum equat quatuor anni tempora. Sic & Apostolici. Ut quatuor Euangeliste: quatuor anni tempora. Apex duodenus, id est culmen duodecim Apostolorum. Imitatus

mensis, qui in anno æque sunt duodecim. Et horas, quæ in die sunt duodecim: sicut in nocte. Hic igitur. Redit ad illud: quod dixerat de ecclesia militante & triumphante: & de testamento veteri & nouo. Exordia mortis. quæ introducta est per primi parentis peccatum: & duravit per totam legem veterem. Ad vitam nouam, scilicet Evangelicam, quia a diebus Ioannis baptistæ regnum cælorum vim patitur. Matthæi. capite. xi. Lachrymas serendo. Ex Psal. cxxv. Euntes ibat, & flebant: mittentes semina sua.

**E**xpulerat. Incepitur Liber secundus: in quo antea quæ aggre diatur Euangelij seriem, dicit quædam de lapsu pri-

mi hominis: deq; humana instauratione per Christi incarnationem, passionem q; Sæuissimus anguis. diabolus in forma colubri decipiens Euam: & ex consequenti Adam. Primogenitum. qui Græcè protoplastos. De sede florigera. de paradiso voluptatis. Illecebris. delictis. Lethum amarum. i. mortem. Præsumptor solus. i. qui cibum vetitum præsumpsit. Iram meritam. i. poenā. id quod præcedit pro eo, quod sequitur. Sub lege mortali. Cū potuisset permanere immortalis. Ab ipso, id est post ipsum. Omne genus humanum.

Subaudi

Iura sacerdotij Lucas tenet ore iuueni.

More volans aquilæ verbo petitastra Ioannes,

Quattuor hi proceres vna te voce canentes,

Tempora ceu totidem latū spargūtur in orbē,

Sic & Apostolici semper duodenus honoris

Fulget apex, numero menses imitatus & horas,

Omnibus vt rebus totus tibi militet annus.

Hic igitur veteris recolens exordia mortis,

Ad vitā properabo nouā, lachrymasq; serendo.

Gaudia longa metā. nā qui deflemus in Adam

Semina mittentes, mox exultabimus omnes,

Portantes nostros Christo veniente maniplos.

## CAELI SED VLII

presbyteri mirabilium diuinorum

sive Paschalis operis

Liber secundus.

**E**xpulerat primogenitū sæuissimus anguis.

Florigera de sede virum, blandiq; saporis

Illecebris lethum misero potarat amarum;

Nec solus meritam præsumptor senserat iram

Mortalis sub lege iacens, sed prorsus ab ipso

Humanū simul omne genus, heu noxia cōlux.



## SECUNDVS.

Subaudi sensit iram meritam. Noxia coniux. Quæ fuit causa tantorum malorum. Et est imitatio. ex Virgil. bucoli. Crudelis tu quoque mater. Crudelis mater magis: an puer improbus ille? Improbis ille puer: crudelis tu quoque mater. Duo, scilicet Adam & Eua. Origo, id est, qui ex illis primis propagati sunt. Perit. quemadmodum & primi parentes perierunt. A semine. i. a prima origine. Quid numerosa. Sensus est. quid proderat diu vivere: si moriendum erat tandem atque eundem ad inferos sine vlla redemptionis spe? Illo tempore, scilicet ante Christi passionem. Nongentos annos. quos ante diluuium vivebat humanum genus. Cum fors æui extremi. i. vitæ finis. Irreparabilis, id est irrevocabilis. Victa supremis cursibus, id est quæ multitudine annorum tandem vincitur. Ventura foret: quia, ut dixit, tandem illis moriendum erat. Licet sera, id est sero. Cum fine. q. d. non potest dici longum: quod finem habet. Opem reducem, active, id est, quæ reducere & liberaret.

Noxia tu coniux magis, an draco perfidus ille?  
 Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia coniux  
 Proh dolor, æterni fuerant duo. crescere postquam  
 Cœpit origo, perit, clademque a semine sumpsit.  
 Quid numerosa dies, quid tempore proderat illo  
 Cernere nongentos ultra feliciter annos?  
 Progeniemque senum decimam spectare nepotum,  
 Iamque suum nescire genus: cum victa supremis  
 Cursibus extremi fors irreparabilis æui  
 Sera licet ventura foret, longumque per æuum  
 Vita brevis, nihil esse diu cum fine doleret,  
 Nec reducẽ spes ferret opẽ, primique sepulchrum  
 Terrigenæ cæca sorberet fauce nepotes,  
 Ni pius ille Sator culpas ignoscere promptus  
 Reddere difficilis, sua ne factura periret,  
 Quæque deo similis vivens astabat imago,  
 Dissimilis de morte foret, veniale misertus  
 Instauraret opus, de morte foret, veniale misertus  
 Quæquẽ mædere patres, natorum horrescere dẽtes:  
 Donaretque suis semper placatus, ut vnde  
 Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem.

ret. alias reducem passive. ut Virgilius primo æneidos. Utque reduces illi ludunt. Sepulchrum, id est inferi, sicut ediuerso. Genesis. xl. Deduces canos meos ad inferos: pro quo in Hebræo habetur sepulchrum. Primi terrigenæ, id est primi parentis: qui apud inferos sepultus fuit. Nepotes, id est illius posteritatem. Promptus, facilis. Reddere difficilis, id est reponere & exprobrare. Astabat imago, pro erat. De morte, id est per mortem: in quam incurrerat propter peccatum. Instauraret opus veniale, id est renouaret hominem: qui venia ex eo dignus erat, quod ex infirmitate peccauerat. Promis acerbis. Alludit ad proverbium illud. de quo Hieremi. trigesimo primo & Ezechielis decimo octavo. Patres nostri comederunt vnam acerbam: &

dentes

# LIBER

dentes filiorum obstupuerunt, id est quod patres peccauerunt, luerunt filij. Matrem, id est rose plantam spinosam. Obscurat honore, id est sua pulchritudine obumbrat. Eue virginis antiquæ, id est primæ. Natura prior, id est homo ante natalem Christi subiectus morti æternæ. Renasci, per aquam baptismi.

Aec ventura. Quo pacto Gabriel angelus Virgini missus est a Deo:

**H**vt illi denun-  
tiaret dei v-  
bum ex ea carnem  
esse sumpturum:  
id est factum est, ex  
Luca, capite primo.  
Hæc que supra dix-  
imus de verbo in-  
carnando. Cecinit  
properata, id est p-  
perater denunciata.  
Fides comitata est  
dictum, quia vir-  
go credens ange-  
lo consensit: & ver-  
bum caro factum  
est. Sydereum onus,  
id est cæleste ver-  
bum: quod incar-  
natum erat in ven-  
tre eius. Sub lege  
nascendi, id est crea-  
turæ. Tenos sinus,  
id est vterum: qui  
plures sinus habet:  
distentum.

**I**Amq; nouem:  
quod est . post  
nouem menses ab  
annuntiatione Chri-  
stus Iesus nat⁹ ex  
Maria virgine in-  
corrupta. Ex Lu-  
ca, capite secundo.  
Iamq; nouem, sub  
audi mensibus. Dies  
sacrata, s. Christo  
nascente. De limi-

ne, id est in principio, vt sit præpositio pro præpositione. Opus promissum, scilicet per prophetas: qui prædixerant Christum nasciturum. Habitare in nobis, id est in natura humana. Ex Ioanne capite primo. Sui templi, id est vteri virginalis: in quo quia Deus habitauit: templum dicitur. Vacuauit iter illæsum, id est vacuando viscera reliquit iter illæsum, Pro virgine, id est in fauor

Et velut spinis mollis rosa surgit acutis,  
Nil quæ lædat habens, matrēq; obscurat honore,  
Sic Eue de stirpe sacra veniente Maria,  
Virginis antiquæ facinus noua virgo piaret.  
Vt quoniam natura prior vitata iacebat  
Sub ditione necis, Christo nascente renasci  
Posset homo, & veteris maculā deponere carnis,

## ¶ Annuntiatio Christi in carnationis,

**H**Aec vêtura senes postq; dixere prophetæ,  
Angelus intactæ cecinit properata Mariæ,  
Et dictum comitata fides, vterumq; puellæ  
Sydereum mox implet onus, rerumq; creator  
Nascendi sub lege fuit: stupet innuba tenos  
Virgo sinus, gaudetq; suum paritura parentem,

## ¶ Natalis domini.

**I**Amq; nouem lapsis decimi de limine mensis  
Fulgebat sacrata dies, cum virgine foeta  
Promissum compleuit opus, verbū caro factū,  
In nobis habitare volens, tunc maximus infans  
Intemerata sui conseruans viscera templi  
Illæsum vacuauit iter, pro virgine testis

## S E C V N D V S :

*In fauorem virginis, quod virgo permansit. Partus est testis, idest Christus, quem ipsa peperit. Clausa ingrediens. Ioannis Capite vigesimo primo. Venit Iesus ianuis clausis: & stetit in medio discipulorum, & est argumentum a pari. Lux. gratia. Nitor. q. d. incredibilis. Velut sponsus. Ex psalmo. xvij. Et ipse tanquam sponsus procedens de thalamo suo: exultauit ve-*

Partus adest, clausa ingrediens & clausa relinquens,  
 Quæ noua lux mundo: quæ toto gratia cælo:  
 Quis fuit ille nitor, Mariæcū Christus ab aluo  
 Processit splendore nouo: velut ipse decoro  
 Sponsus ouas thalamo forma speciosus amœna  
 Præ natis hominum, cuius radiante figura  
 Blandior in labijs diffusa est gratia pulchris,  
 O facilis pietas: ne nos seruile teneret  
 Peccato dominante iugum, seruilia summus  
 Membra tulit dominus, primicq; ab origine mundi  
 Omnia, qui proprijs vestit nascentia donis,  
 Obsitus exiguis habuit velamina pannis.  
 Quemq; procellosi nō mobilis vnda profundi,  
 Terrarum non omne solum, spaciosaq; lati  
 Non capit aula poli, puerili in corpore plenus  
 Mansit, & angusto Deus in præsepe quieuit,  
 Salue sancta parens, enixa puerpera regem.  
 Qui cælum terramq; tenet per sæcula, cuius  
 Numen & æterno complectens omnia gyro,  
 Imperium sine fine manet, quæ ventre beato  
 Gaudia matris habens, cum virginitatis honore  
 Nec primā visa es similem, nec habere sequēiē,  
 Sola sine exemplo placuisti foemina Christo.

*gigas ad currendum viam. Forma speciosus. Ex psalmo quadragesimo quarto. Speciosus forma præ filijs hominum: diffusa est gratia in labijs tuis. Seruile iugum, idest est peccatum. nam qui peccatum facit: seruus est peccati. Ioannis capite octauo. Membra seruilia. iuxta illud Apostoli Philip. secundo. qui cū in forma Dei esset: exinaniuit semetipsum formam serui accipiens. Proprijs donis. Pura pisces squamma. aues pluma. arbores cortice. Obsitus, idest iuuolutus. sic enim exponit Seruius illud Virgi. octauo eneid. Ibat Rex obsitus quo. Profundi procellosi, idest maris, quod procellis agitatur. ideo dixit vnda mobilis. Mansit plenus.*

*idest integer Deus quieuit. huiusmodi enim axiomata excommunicatione idiomatum ( vt Theologi dicunt ) vera sunt. Salue sancta parens. Virgini congratulatur autor. Gyro æterno, aut ad mundum archetypum rettulit: aut æterno pro sempiterno posuit. Similem primam, idest priorem hoc est ante te. Nec sequentem, idest posteriorem, hoc est post te. Sine exemplo. Quia neque tu aliam priorem imitata es: neque te alia posterior.*

Tunc

# LIBER

**T**Vnc prius. Quod nota Christo pastoribus per angelos facta est reuelatio. Ex Luca. cap. 1. Et de Magorum adoratione. Matthæi. Capite. 1. Ille creatus Christus, quod ad humanitatem attinet: natus. Emicuit. i. Splendens apparuit. Pastoribus ignaris. i. nihil tale scientibus. Quia pastor erat. Ipso dicente. Ioan. cap. x. Ego sum pastor bonus. Agnus. de quo Ioan.

cap. 1. Ecce agnus Dei. Gregibus. i. pastoribus gregum custodibus. Cecinit miracula. Canendo Gloria in excelsis Deo: quod erat mirabile. Talia signa, id est miracula sepe in sacra scriptura. Oris Bethlæis. nam in Bethleem natus est. Grandia nuntia. i. grandes nouitates: ut sic dicam. nam nuntium pro re, quæ nuntiat, raro inuenitur. Ab arce orientis. inde enim uenerunt Magi. Perturbat. subaudi Herodem. Dictis sollicitis. Ab effectu. pro sollicitantibus. Hoc. i. propter hoc. Astra & nouam stellam. idem est. Arbitrarius aulæ Hebrææ, id est Herodes: penes quem erat arbitrium regni. Qui primus erat. ad Herodē &

## ¶ De reuelatione Pastoribus facta, & Magis,

**T**Vnc prius ignaris Pastoribus ille creatus Emicuit, quia pastor erat, gregibusque refulsit Agnus, & angelicus cecinit miracula cœtus. Talia Bethlæis dum signa geruntur in oris, Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis, Iudaicis nuper populis Orientis ab arce Progenitum fuisse ducem, hoc cœlitus astra, Hoc stellam radiare nouam, ferus arbiter aulæ Aestuat Hebrææ, ratus hunc succedere posse Mox sibi met, qui primus erat, tunc fronte serena Nubila mentis alens, inquiri mandat ubique Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum. Quid furis Herodes? Christum sermone fateris, Et sensu iugulare cupis: legesque legendo Negligis: & Regi regum tua regna minaris? Ne tamen insano careant tua nomina facto Patrando sub honore crucis, sed crimine gentis Herodes alius, quod tu molire, videbit. Ergo alacres summo seruantes lumina cælo Fixa Magi, sydusque micans regale secuti,

ad Christum referri potest. Fronte serena. i. dissimulans voluntatem nocendi serenitate vultus. Quid furis. In Herodem autor inuehitur. Fateris Christum. Dicens te velle ipsum adorare. Sensu. id est cogitatione. Legendo negligis, id est non intelligis. Minaris tua regna, id est per regni potestatem te in illum seviturum. Tu nomina. q. d. Tu non interimes Christum sed alius tui nominis hæres: & curabit illum crucifigi. Patrādum. ordo est. Alius Herodes, scilicet Tetrarcha: sub quo Ioannes quoque baptista passus est. Videbit. subaudi scelus. Quod tu molire, id est perpetrare cupis: patrandum tamen ab altero. Gentis. scilicet Iudææ: cuius tu Rex nunc es. Sydus regale. i. quod Regem natum designabat. Duxit gentes, id est Magos, qui gentiles erant:

## SECUNDVS.

erant: quod significabat in lege futura, hoc est euangelica: gentium vocatio-  
nem. Solutis thesauris, id est apertis. Pro religione, id est qui religiosum ali-  
quid significabant. Ipsæ species, quæ scilicet offerebantur. Foderunt, id est ex  
metallis, terræq; venis eruerunt. Thura, quæ in sacrificijs erant peculiaria. Myr-  
rrham, ea enim perungebantur mortui. Vnde Martialis. Et olentem funera

Optatam tenuere viam, quæ lege futura  
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes,  
Thesaurisque simul pro religione solutis,  
Ipse etiam, ut possent species ostendere Christum,  
Aurea nascenti foderunt munera Regi.  
Thura dedere deo, myrrham tribuere sepulchro,  
Cur trina dona tunc: quoniam spes maxima vitæ  
Hunc numerum confessa fides, & tempora, summus  
Cernens cuncta deus, præsentia, prisca, futura,  
Semper adest, semperque fuit, semperque manebit  
In triplici virtute sui: tunc cœlitus illi  
Per somnum moniti contemnere iussa tyranni,  
Per loca mutati gradientes de via callis  
In patriam rediere suam: sic nos quoque sanctam  
Si cupimus patriam tandem contingere, postquam  
Venimus ad Christum, iam non repetam iniquum.

### Innocentium cædes.

**E**Rgo ubi delusum se comperit, impius iram  
Rex aperit, si iure queat Rex ille vocari,  
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram,  
Breptumque, facinus gemens sibi ceu leo frendens,  
Cuius ab ore tener subito collabitur agnus.  
In totum mouet arma gregem, manditque, teritque

myrrham, quoniam  
fides spes maxima.  
quia fides est sub-  
stantia rerum spes-  
randarum: argumē-  
tum non apparen-  
tium. Hunc nume-  
rum, scilicet ternari-  
um, hoc est per-  
sonarum trinitatem.  
Et tempora, signifi-  
cant quoque tria illa  
munera, tria tē-  
pora huius seculi.  
In triplici virtute,  
id est in trinitate  
perfecta: cuius vna  
quæque persona vir-  
tus est. Cœlitus, ab  
angelo. Callis mus-  
tati, id est viæ anfra-  
ctuosæ. Patriam,  
vnde per peccatum  
primi hominis exu-  
lamus. Ad Christum,  
id quod fecerunt ma-  
gi. Iniquum, ut il-  
li: qui non redierunt  
ad Herodem.

**E**Rgo ubi He-  
rodes iratus  
quod magi  
ad ipsum non redi-  
rent: cepit sæuire  
in infantes omnes;  
inter quos credibi-  
le erat Christum  
esse ex Matheæ ca-

pite secundo. Aperit iram, quam antea simulauerat. Si iure. Color est corre-  
ctiōis, quia illum Regem appellauit. Pietate caret, cum Rex ita debeat subdi-  
tos tractare, ut pater filios, non ut dominus seruos, quod est tyranni proprium.  
Non regit iram. Cum Rex a regēdo dicatur: primum se, deinde alios. Facinus,  
quod decreuerat magos Christumque occidere. Agnus collabitur, id est euadit.

Molle

# LIBER

¶ Molle pecus, id est timidum. Foetæ, id est oves lactantes, alias gravidæ. Virgilius. Non insueta graues tentabunt pabula foetas. Balatibus. quibus vocant suos foetus. Stimulatur. irritatur. Strage immerita. quia infantes nihil tale merebantur. Quo crimine. id est infantes quid peccauerunt, ut perirent? Vix creari, id est, qui vix nati erant; & est vsitatus dicendi modus.

Non ratio, quia in Rege pro ratione voluntas est. Nec cans primos vagitus, id est pueros: in quos vagientes incidit. Vnum plangorem, qui tamen ex multis plangentibus resultabat. Infœlix mater. Antequam filius trucidetur. Nec iam modo mater. Filio trucidato: sed orba, sic enim appellatur, quæ filium amisit. Gelidum natum, id est mortuum. Premittit vbera. quasi illum velit lactare. Quis tibi tunc. ex Virg. iij. Aeneid. pene sumptum est ad verbum. Quis tibi tunc Dido cernenti talia sensus? Quosve dabas gemitus: cum feruere litora flammis Prospiceres arce ex summa? totumque videres Misceri ante oculos tantis clamoribus æquor? Lanio, id est o crudelis Herodes, & carnifex. Quis sensus. quia necesse erat illum ex sceleris cōscientia torqueri. Aequor. Virgilius pro mari posuit. hic vero pro campo. quemadmodum primo georgico. At prius ignotum ferro quam scindimus æquor. Quamuis absens. Iam enim fugerat in Aegyptum. Matthei capite secundo. Erat præsens. propter illud, quod sequitur. Suscipit sancta pericula, id est sibi imputat, quod pro se alijs patiuntur. Sentit, illis condolens; & sibi annumerans.

Molle pecus, trepidæ vocant sua pignora foetæ  
Nequicq̃, & vacuis implent balatibus auras.  
Haudsecus Herodes Christo stimulat adempto.  
Sternere collisas paruorum strage cateruas  
Immerita nō cessat atrox, quo crimine simplex  
Turba perit; cur qui vix potuere creari,  
Iam meruere mori: furor est in Rege cruento,  
Non ratio, primosq̃ necans vagitus, & audens  
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat  
Millia, plangoremq̃ dedit tot matribus vnum.  
Hæc laceros crines nudato vertice rumpit,  
Illa genas secuit, nudum ferit altera pugnīs  
Pectus, & infœlix mater, nec iam modo mater  
Orba super gelidū frustra premit vbera natum,  
Quis tibi tunc lanio cernenti talia sensus?  
Quos ve dabas gemitus, cū vulnera feruere late  
Prospiceres arce ex summa, vastumq̃ videres  
Misceri ante oculos tantis plangoribus æquor?  
Extinctisq̃ suis, quamuis infantibus absens,  
Præsens Christ⁹ erat, qui sancta pericula semper  
Suscipit, & pœnas alieno in corpore sentit,

¶ Iesus duodecim annorum.

Ast vbi

## SECUNDVS:

**A** St vbi bisse nos. Quo pacto Iesu puero duodecim annorū a parentibus in Ierusalem dimisso: post triduum cum sapientibus in templo inuentus est. Lucae secundo. De carne, id est, quod ad humanitatē pertinet. A cuius meatus, id est gratus cursus. idem dicit. Corde. sapientia. vnde cordati sapientes, & vecordes insipientes. Emeritus magister, id est qui per omnes gradus nō modo ad magisterij culmen peruenerat: sed tanquā emeritus & extra omnem ingenij alē positus.

**A** St vbi bisse nos ætatis contigit annos,  
Hoc spaciū de carne trahēs, æuique meatus  
Humana pro parte tulit. senioribus esse  
Corde videbatur senior. legisque magistros  
Inter, vt emeritus residebat iure magister.

¶ Christus baptizatus a Ioanne.

**N** Ec mora (quæ etiam volitās p̄ tēpora mūdus  
Nouit habere moras?) vsus maiore iuuetā,  
Sex quasi lustra gerēs: placidā Iordanis ad vndā  
Venit, vt acciperet hoc, quod dare venerat ipse.  
Hunc baptista potens vt vidit ab amne Ioānes,  
Quem matris dū ventre latet, nondūque creatus  
Senserat obstruso, iā tunc sermone prophetæ,  
Vt muto genitore silens, cui munera linguæ  
Post noni tacitura diu spiramina mensis  
Partu redduntur nato, mox prædicat. agnus  
Ecce Dei, veniens peccatum tollere mundi.

cunt. Sex lustra, id est triginta annos: more vulgi supputando cuius lustrum quinque annos. Quod venerat dare, id est baptismum. Ab amne Ioannes. syllabam longam breuiat in hoc nomine Ioannes. Ab amne. Iuxta quod: aut in quo erat alios baptizans: & est ordo, vt vidit ab amne mox prædicat. Ecce agnus Dei. &c. Nondum creatus, id est natus. Obstruso sermone prophetæ, id est Zachariæ patris sui gutture clauso: ne loqui posset. Fluēs, forte legendum silens: quia muto patre: non decebat, vt filius loqueretur. Munera linguæ. i. officia restituuntur. Partu nato, id est filio in lucem ædito, & hoc post spiramina noni mensis. per quod tempus Zacharias fuit mutus. Tacitura diu, id est per spaciū illud nonimestre tacentia. Nam ex duobus gutturis officijs hoc est spirane altero impedito: vsus est altero. Ecce agnus Dei: ecce qui tollit peccata mūdi. Hoc ex Ioan. cap. i. insertum est. Peccatū mundi: sic habet in græco: sic in codicibus antiquis latinis: nō peccata. sensus tñ idem.  
Tollit

**N** Ec mora.  
Quomodo  
Iesus venit  
ad Iordanē: vt baptizaretur a Ioanne. ex Matthæi capite tertio. Lucae capite tertio. Nec mora. Non quod non fuerit mora a disputatione duodennis Christi in templo ad baptismum ipsius, quod fuit cum esset triginta annorum: sed quod omne tēpus est breue dicit Sedulius, quid vero Christus medius illis duodecim annis egerit: Euangelistę nō di-

# LIBER

Tollit mihi, idest a me. Qualiter. Cōparatio est, quod quemadmodū lux expellit tenebras ipsa nihil habens in se tenebricosum: ita Christus peccata mundauit, nullum habens ipse peccatum. Proprium serenum, idest serenitatem. Illæsis vultibus, idest sine vlla lucis offensione. Procul a tactu, idest a contagione ipsius. Simplex ingressus, idest Christus solo ingressu. Vada aquarum

torrentum. sup  
plenda est in præ  
positio: aut legen  
dum, tum in vada.  
In se, dum ipse la  
uatur. Quod per  
dat non peccatum,  
non aliquid aliud.  
Refluas, idest res  
tro: hoc est in fon  
tem fluentes. Pro  
pheta. Psalm. cxij.  
Quid est tibi mar  
re quod fugisti: et  
tu Iordanes: quia  
cōuersus es retror  
sum. Mystica do  
na, quæ designabāt  
baptismum: quo  
post passionem om  
nes lauandi erāt.  
Arenas siccas, quæ  
erant ad Iordanis  
ripam. Vestiuit  
Christum honore,  
quali nudū ex bap  
tismo. Spiritus  
sanctus in colum  
bæ specie veniens  
obumbravit illum,  
quod verodicit ho  
nore: ad patris ver  
ba honorifica refe  
rēdum est. Hic est  
filius meus dilectus:  
in quo mihi com  
placui. Per volu  
crem, quæ felle caret.

Sic enim vulgo persuasum est columbam felle carere, quæ, vel ex ea causa mitis & placida est avis. Natocq; vocato, sensus est, ex hoc probatur Deum esse triplicem, idest trinum in personis, quod superueniente spiritu sancto in columbæ specie: pater appellat filium dicens. Hic est filius meus dilectus. Vnum, scilicet deum in substantia, vel essentia.

Inde qua

Tollere cū dicit, quod non habet, hoc mihi tollit,  
Nō mala, vt ipse gerat, sed vt illa nocētia perdat.  
Qualiter in medias cū lux præclara tenebras  
Funditur, & proprium non obfuscata serenum  
Decutit expulsas illæsis vultibus vmbas,  
Sic delicta fugans Saluator nostra gerendo  
Terfit, & a tactu procul euanescere iussit.  
Tum vada torrentū simplex ingressus aquarū  
Insecuta lauat nostræ contagia vitæ,  
Ipse nihil, quod perdat, habēs, sanctoq; liquentes  
Corpore mundauit latices, lymphasq; beauit  
Gurgitis, & proprijs sacrauit flumina membris.  
Senserūt elementa Deum, mare fugit & ipse  
Iordanes refluxas cursum conuertit in vndas.  
Nāq; ppheta canēs qd nā ē mare, qd fugis: inqt:  
Et tu Iordanes retro quid subtrahis amnem?  
Ergo vbi fluminei post mystica dona lauacri  
Egrediens siccas dominus calcavit arenas,  
Confestim patuere poli, sanctusq; columbæ  
Spiritus in specie Christum vestiuit honore,  
Mansuetumq; docet, multum incedere mitem  
Per volucrem, quæ felle caret, natoq; vocato  
Voce patris, triplex deus hac ratione probatur,  
Quod pater & natus, q; spiritus est ibi sanctus,  
Quo manet indignus, qui nō numerauerit vnū.



## SECUNDVS.

**I**Nde quaterdenis. Quomodo post baptismum Iesus tentatur a diabolo, ex Matthei. cap. quarto. & Luca. cap. quarto. Plenum sacro spiramine. id est spiritu sancto. a quo ductus est in desertum. Insidens. id est insidians. vel ex insidens. Tentator, qui græce diabolus, hoc est calumniator interpretatur. Per artem, id est per dolum: quo semper vititur. In opem panis. id est in panem, quo ieiuno ventri opituleris. Tāsquam non semper. quasi velit dicere Sedulius quotidie hoc agit. Viscera terræ saxea. i. terrā saxis permixtā. Aristis frugiferis. pro spicis posuit: cum in culmo nihil sit infructuosius arista. Hac voce. s. non in solo pane viuit homo. &c. Labefactus, id est commotus & labans, hoc est, dubitans. quid faceret. Altera arma. i. consilia. Virgil. ij. æneid. 5: Et querere conscius arma. Vipereis venenis. quia nihil nisi quod mortifetum est cogitat in hominem. Petit montana. Sedulius in hoc ordine tentandi Lucā sequitur. Quē præpostere Mattheus prosequitur. Quantum peruersus, quia qualis quæ

### Iesus tentatur a Diabolo.

**I**Nde quaterdenis iam noctibus atq; diebus  
Ieiunum dapibus, sacro spiramine plenum  
Insidens tentator adit, doctusq; per artem  
Fallaces offerre dapes, si, filius (inquit)  
Cerneris esse Dei, dic, vt lapis iste repente  
In panis vertatur opem; miracula tanquam  
Hæc eadem non semper agat, qui saxea terræ  
Viscera frugiferis animam foecundat aristis,  
Et panem de caute creat, Hac ergo repulsus  
Voce prius, hominem non solo viuere pane,  
Sed cuncto sermone Dei, labefactus & amens  
Altera vipereis instaurans arma venenis  
Cū domino montana petit, cūctasq; per orbem  
Regnorum monstravit opes, hæc omnia dicens  
Me tribuente feres, si me prostratus adores:  
Quantum peruersus, tantum peruersa locutus,  
Scilicet vt fragiles regni affectaret honores,  
Qui populis æterna parat: monstrūq; nefandū  
Pronus adoraret, cuius super æthera sedes  
Terra pedum loc<sup>9</sup> est, quē null<sup>9</sup> cernit. & omnis  
Laudat in excelsis summissa voce potestas.  
Christ<sup>9</sup> ad hæc; tantum dominū scriptrua Deūq;

est: talia loquitur. Scilicet, verba sunt autoris ironice proferenda: quod per particulam, scilicet, designatur. Virgil. Scilicet, is superis labor est. Super æthera sedes, iuxta illud Psalm. x. Dominus in cælo sedes eius. Esaiæ ultimo. Cælum mihi sedes est: terra autem mihi scabellum pedum meorum. & illud Matthei. cap. v. Nolite iurare neq; per cælum: quia thronus Dei est. neq; per terram: quia scabellum pedum eius est. Quem nullus cernit. Ioannis. cap. i. Deum nemo vidit vnquam. Omnis potestas. Et per potestates intellige reliquos omnes ordines. Voce summissa. Psalmus. lxxij. Te decet hymnus

C Deus

Deus in Sion. pro quo in hebræo silentium in Sion habetur. Scriptura. Deuteronomio Capite sexto. Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo: & ex tota anima tua, &c. His quoque superioribus duobus tentandi vijs. Iniquis congressibus, quia non erant ad certandum pares. Ter, id est tertio. Audet per stare, id est rebellare, & confidere in malam partem, & est Virgilij imitatio ex.

in. æneidos. Ter se se attollens: cubis quoque innixa leuauit, Ter reuoluta toro est. In urbem sanctam, quia in ea erat Templum & verus Dei cultus. Fastigia. quod Evangelista Matthæus dicit pinnaculum: Lucas pinnam: quæ est summitas muri: vel alterius rei. Nam scriptura docet. Psal. xc. Quoniam Deus mandauit de te: ut custodiât te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne forte offendas ad lapidem pedem tuum. Vniis angelicis, id est intra complexum brachiorum. Mens obscura, qualis est diaboli. Cæca corda sub pectore nigro, duplex metonymia est. pectus pro cor

de: & cor pro mente: quæ omnia in diabolo nigra atque deprauata sunt. Hunc ardua templi. Ordo est. diabolus credidit hunc. i. Christum. Horrescere. i. timere. Ardua culmina templi. in præceps. i. in præcipitium subaudi postposita. Et fastigia pinnæ. i. pinnaculi. Quamuis erectæ, id est quantumuis arduæ. Curuauit membra poli. cum carnem accepit. Ex psalm. xvij. Inclina bit cælos & descendet. Humillima terræ. i. in terra: quæ omnibus mundi partibus inferior est. Inferiora, id est humanitatem. Excelsa, id est diuinitatem. Confossus cuspide verbi, id est Saluatoris responso victus, quod nequiret, id est, non deberet. Victoris, scilicet Christi. Cælicolæ proceres, id est angeli. Ministri, coetus angelici micantes. Idem dicit alijs verbis.

Iussit adorare, & soli famularier vni.  
His quoque deficiens congressibus audet iniquis  
Ter se se attollens animo per stare superbo,  
Terque volutus humo, fragili confidere bello.  
Tunc assumpsit eum sanctam sceleratus in urbem,  
Et statuens alti supra fastigia templi,  
Si natum genitore Deo tute asseris (inquit)  
Impiger e summo demissus labere tecto,  
Nam scriptura docet, de te mandasse Tonantem  
Angelicis subuectus eas, ut tutior vlnis  
Ad lapidem ne forte pedem collidere possis.  
O quam cæca gerit nigro sub pectore corda  
Mens tenebris obscura suis, hunc ardua templi  
Culmina, & erectæ quamuis fastigia pinnæ  
Credidit in præceps horrescere, maxima summi  
Curuauit, qui membra poli, cælosque per omnes  
Vectus in extremæ descendit humillima terræ  
Inferiora petens, & non excelsa relinquens.  
Dixerat, & validi confossus cuspide verbi,  
Quod tentare suum dominumque Deum nequiret,  
Victoris fugit ora gemens, tunc hoste repulso  
Cælicolæ assistunt proceres, coetusque micantes  
Angelici Christo famulantur rite ministri.

Protinus

## SECUNDVS.

**P**rotinus ergo. Quod ambulans Iesus iuxta mare Galilee vidit duos fratres Petrum & Andream, & paulopost Iacobum & Ioannem filios Zebedei: quos omnes quatuor in discipulatum vocavit. Ex Matthæi capite quarto. Protinus non statim post diaboli tentationem: quia postea rediit in Galileam: & moratus est Capharnaum: & inde vocavit discipulos. Ergo protin⁹. id est paulopost. Viros ex piscatorib⁹. Ordo est. iubet esse se suos discipulos viros ex piscatoribus aptos piscari animas humanas, que scilicet anime. Tanquam cæcula vaga. id est maria spaciola huius mundi, de quo in Psal. cii. Hoc mare magnum, & spaciosum. Tranant præcipites, id est mente perturbati: quasi natando errant. Tales, quasi dicat simplices. mites. humilesq;. Gloria loquendi, id est non oratores & philosophos. Superbus sanguis, id est generosus: qui facit homines superbos. Fama tacens, id est obscura & non celebris. Nitor refulgens mente, id est, quorum celebritas tota est in animo. De plebe, id est de

### ¶ Prima discipulorum vocatio.

**P**rotinus ergo viros ex piscatoribus aptos Humanas piscari animas, q̄ lubrica mundi Gaudia sectantes tanq̄ vaga cæcula ponti, Cæcæq; præcipites tranant incerta profundi, Discipulos iubet esse suos, talesq; supernæ Conciliat vitæ, quos non ventosa loquendi Gloria, nec vana de nobilitate superbos Sanguis alit, sed fama tacens, humilisque refulgēs Mente nitor, cælo faciat de plebe propinquos, Nam qui stulta potens elegit & infima mundi, Fortia confringens Deus & sapientia perdens.

### ¶ Docet discipulos orare.

**Q**uæ in etiam celerē cupiens cōferre salutē Orādi præcepta dedit, iudexq; benignus Indulgenda peti breuiter iubet, vt cito præstet, Sic dicens: orate patrem baptismate nostrum Iure suum propriumq; homini cōcessit honorē, Et quod solus habet cunctos permisit habere, Qui dominū cæli patrem memoramus, in ipso iam fratres nos esse decet, nec origine mundi

infima cōditione. Stulta. & infima mundi. Ex prima Corinth. cap. i. Perdens sapientia. i. sapientes huius mundi. Perdam, inquit sapientiam sapientium. Quæ in etiam. Docet quemadmodū discipuli debeant orare: & exponit orationem dominicam: hoc est: Pater noster. Ex Matth. ca. vi. & Luca. cap. xi. Celerem salutem. breuiter orando, quā celeriter præstabit. Indulgēda. i. concedēda. Baptismate. quo facti sumus illius filij adoptiui. Iure suum. i. per naturam. Proprium honorē, scilicet filiationis communicauit nobis. In ipso fratres. Quia si filij Dei patris sum⁹: ergo Chri fratres.

C n ¶ Germanū

¶ Germanum odium, ad illud referendum: quod Cain Abel fratrem occidit. Origine mundi, supplenda est præpositio, in, vel ab, Spiritus igne, id est amore. Nouum gestare hominem: Ad Epheseos quarto. Induite nouum hominem: qui est secundum Deum creatus. Terrena degenerent a Deo, id est homines desinant esse filij Dei, cui gratia Christi fecit nos filios adoptiuos. Sã

ctificetur vbi. Secunda petitio: & legendum interrogatiue, q. d. nusquam sanctificandus est: nisi in corde puro. Annuat ipse prior, sensus est vt nos possimus illũ sanctificare: ipse prior debet nos sanctificare per gratiam proueniendo: vt cũ nos illum sanctificauerimus in nobis: tũc ille sanctificet nos in se. Sicut bñdixer idẽ, per similitudinem loquendi modum exponit: quod de sanctificatione dicit. Adueniat regnum. Tertia petitio: quę est retributio iustorum.

Quod ẽ subaudi regnum. Ad quod ipse respondet. Vacans morte, id est immortale. Fine carens, id est interminabile. Nulla tẽ

pora, quia illius duratio non mensuratur tempore. Sine nocte dies, quia ibi nulla est vicissitudinis obumbratio: sed lux quædam inaccessibilis, de quo prima Timothee apite sexto. Principe Christo, qui est caput ecclesię: cuius nos sumus membra. Nobile caput, id est nobilitatum. Præmia opima, sicut spolia opima dicebantur: quę de Rege victo ferebat Rex victor. Vtq; polo: sic pellat humo, id est sicut in cęlo & in terra, id est sicut in anima iusti: ita & in carne, quod statim declarat dicens. Nec hydrus seuus, id est serpens antiquus. Vindicet sibi, id est appropiet. Tanquã vile solum, id est terram inertẽ. & alludit ad serpentis naturam: quę terra vescitur: vt dicit Virgil. Nigris exesa chelydris. Animas & artus, quę per cælum & terram intelliguntur.

Annonam

Germanum tractare odium, sed spiritus igne  
 Flagrantes abolere doli monumenta vetusti,  
 Atq; nouum gestare hominem, ne forsan ab alto  
 Degenerent terrena Deo, cui nos duce Christo  
 Fecit adoptiuos cęlestis gratia natos.  
 Sanctificetur vbi dominus, qui cuncta creando  
 Sanctificat, nisi corde pio, nisi pectore casto?  
 Vt mereamur eum nos sanctificare colendo,  
 Annuat ipse prior, sicut benedicier idem  
 Se iubet a nobis, a quo benedicimur omnes.  
 Adueniat regnum iam iam, quod: scilicet illud  
 Morte vacans, & fine carens, cui nulla per æuũ  
 Tempora succedunt, quia nescit tempus habere  
 Continuus sine nocte dies, vbi principe Christo  
 Nobile perpetua caput amplectente corona  
 Victor opima ferens gaudebit præmia miles,  
 Hoc iugibus votis, hoc nocte, dieq; precemur,  
 Illius vt fiat cęlo, terraq; voluntas,  
 Qui nusq; vult esse nefas, hostemq; nocentem  
 Vtq; polo, sic pellat humo, nec corpora nostra  
 Tanq; vile solum seuus sibi vindicet hydrus.

## S E C V N D V S.

Annonam fidei, quæ per panem quotidianum intelligitur siue diurnum. & est quarta petitio. Ieiuna a Christo, idest illius expers & vacua. Corpore & ore, idest sui corporis sacramento: & verbi prædicatione. Verbum & cibus, quorum vtrumq; ad animæ refectionem pertinet. Dulcia nam domini. Ex psalmo centesimo octauo. Quam dulcia faucibus meis

Sed qui cuncta fouet plena pietate redundans  
 Omnipotens animas pariter conseruet & artus,  
 Altera pars etenim cæli sumus, altera terræ,  
 Annonam fidei speremus pane diurno,  
 Ne mens nostra famem doctrinæ sentiat vnquã  
 A Christo ieiuna suo, qui corpore & ore  
 Nos saturat simul ipse manens verbūq; cibūq;  
 Dulcia nã domini nostris in faucibus hærent  
 Eloquia, exuperantq; fauos, atq; omnia mella,  
 Debita laxari, qui nobis cuncta rogamus,  
 Nos quoq; laxemus, proprii nam cautio verbi  
 Spondentes manifesta tenet, grauiusq; soluti  
 Nectimur alterius, si soluere vincla negamus.  
 Incipietq; pius decies millena talenta  
 Dimittens dominus, si nos affligere propter  
 Denarios centum conseruum senserit vllum  
 Tradere confestim tortoribus, namq; feroci  
 Carcere constricti non permittemur abire,  
 Donec cuncta breuẽ reddamus ad usq; quadratẽ,  
 Non q; nos dominus lucis via, semita pacis,  
 In laqueos tentantis agat: sed cum mala nostra  
 Deserit, ire sinit: nam quisquis retia mundi

eloquia tua super mel ori meo. Debita laxari, quinta petitio est. Est autẽ laxari debita, idest condonari & remitti nobis peccata nostra: quibus eramus obnoxii, atq; deuincti, nam laxare est: quod vincitũ est soluere. Laxem⁹, subaudi ihs: qui nos offenderunt. Nam cautio, idest instrumentum, siue contractus coram tabelione & testibus, in quo quis se obligauit. Tenet spondentes, idest obligat. Soluti, idest venia condonati. Vincula alterius, idest alterum venia prosequi. Incipietq; prius, hoc ex Euangelio Matthæi capite decimo octauo. de domino qui remisit seruo debitori decẽ milia

le talenta: isq; deinde conseruum debentem sibi centum denarios cogebat, vt redderet. Tradere. ordo est, incipiet tradere nos tortoribus. Abire, scilicet ex carcere, ad breuem quadrantem, idest nouissimum: vt Euangelista dicit. Non quod nos, hæc est sexta petitio. Dominus lucis: qui dixit Ioannis octauo. Ego sum lux mundi. Semita pacis, de qua Luca primo. Ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. In laqueos tentantis, idest diaboli. prima. Timothei. vi. Mala nostra, idest nos: qui mali sumus. Ire sinit, tanquam desperans de nostra salute. Nam quisquis, pluribus verbis adhuc exponit quod dixerat. Quatentatio ducit, quia derelictus a Deo trahitur: aut ducitur a concupiscentia sua, ab hac, scilicet tentatione. Arctum iret. Quia arcta est via: quæ ducit ad vitam. Matthæi, capite secundo. Quæ sententia est simili

C in lis illi

# LIBER

lis illi apud Hesiodum. Sudorem posuere Dei virtutis ad arcem. Deinde subdit septimam petitionem dicens. Si cupimus vitare malum. Iuxta illud psalmographi. Declina a malo: & fac bonum. Sed hic genere masculino malum pro diabolo: bonum pro Deo accipere debemus. Nam quantum sydera terris. comparationes sunt notæ. Dextrum aut læuum iter. vt dextrū fit bonorum. læuū malorum. Persius Surgētem dextro monstrauit limite callem. Patriarcha. scilicet Abraā. In tuos sinus. quo iusti descendebāt ante passionem saluatoris: nunc verop sinus Abraam intelligim⁹ regnum cælorum. quod duce Christo & ipse peruenit. At læua malorū. ex Virgil. vi. en. est sumptum. Est hæc volūtas. i. esse debet. Bona libertas. Quia quē admodū qui facit peccatum seru⁹ est peccati. ita ediuerso: qui seruit Deo: liber est vera libertate. ad quā & æternæ beatitudinis cōsecutio.

**P**Rima suæ dōminus. Quo modo Iesus vocatus ad nuptias in Chana Galileæ cū matre & discipulis deficiente vino: aquam in vinū mutauit. ex Ioā. n. Thalamis. i. nuptijs. Documenta suę virtutis. id est experimēta suę potentia.

Mirabile. interiectio est pro res miranda. Aquas fusas. intellige in hydrias. Pallorem. qui color est vini. optimi: in genere vini albi giluum. appellat A. Gellius.

Deliciosa sequens, luxus & gaudia blandæ  
Perditionis amat, Deus hunc virtutis amator  
Linguit, & ingreditur, qua se tentatio ducit.  
Ab hac ergo pedem retro faciamus, & arcum  
Corde petamus iter, tenuis qua semita monstrat  
Ire per angustam regna ad cælestia portam.  
Sic cupimus vitare malum, debemus adire,  
Sectariorū bonum. hic quia liberat, ille trucidat.  
Hic alit, ille necat, nam quantum sydera terris,  
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,  
Vita sepulturis, tantum bona longius absunt  
Dissociata malis, dextrum cuiuscūq; necesse est,  
Aut læuum gradiatur iter. sed dextra bonorum  
Semita conspicuos vocat in sua gaudia iustos,  
Inq; tuos Patriarcha sinus. At læua malorum  
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittit,  
Ergo agnis ouibusq; Dei est hæc sola voluntas:  
Et bona libertas, euadere torua cruenti  
Ora lupi, vitæq; frui per pascua Christi.

## CAELI SED VLII

mirabilium diuinorum.

Liber Tertius.

¶ Aquæ in vinum mutatio.

**P**Rima suæ dñs thalamis dignatus adesse  
Virtutis documēta dedit, cōuiuacq; præsens  
Pascere non pasci veniens (mirabile) fusas  
In vinum conuertit aquas, admittere gaudent  
Pallorem latices, mutauit læta saporem

## TERTIVS.

A. Gellius. Vnda læta. cum trāsiret in aliam speciem. Rubuerūt, id est in vinum rubrum mutatae sunt: cū quædā ex hydris aquæ in vinum giluum: quædam in rubrum mutatae sint. Non nato musto, id est nō natiuo. nam alias ex musto fit vinum. Sex lacus. Lacus proprie sunt receptacula illa: in quæ defluit mustum ex torculari: sed hic pro hydris posuit. Hoc nectare, id est vis

Vnda suum largita merum, mēsaq; per omnes  
 Dulcia non nato rubuerunt pocula musto,  
 Impleuit sex ergo lacus hoc nectare Christus,  
 Quippe ferax, qui vitis erat virtute colona  
 Omnia fructificans, cuius sub tegmine blando  
 Mitis in occiduas enutrit pampinus vuas.

### ¶ Reguli filius curatur.

**R**egulus at nato quidam moriente rogabat  
 Flebilis & supplex dñm, quo viseret egrū  
 Febre laborantem puerum, trepidamq; vetaret  
 Labi animam de sede sua, tunc larga potestas  
 Credenti, quæ nulla negat, nec dona retardat,  
 Velocem comitata fidem, sermone salutem  
 Concedens facili, viuit iam filius (inquit)  
 Perge tuus, quantum imperij fert iussio Christi,  
 Non dixit victurus erit, sed iam quia viuit,  
 More Dei, qui cuncta priusquam nata videndo  
 Præteritum cernit, quicquid vult esse futurum,  
 Inde salutiferis incedens gressibus vrbes,  
 Oppida, rura, casas, vicos, castella peragrans  
 Omnia depulsis sanabat corpora morbis,

no celesti. nam nectar potus deorum est. Vitis ferax. Ioānis capite. xv. Ego sum vitis vera. Virtute colona, id est virtute & potestate sua agricolante. Pampinus mitis. i. vir iustus, ipso dicente. ego sum vitis & vos palmites. Sub cutus tegmine. i. protectione: quia palmes nisi in vite non viuit.

**R**egulus: de filio Reguli a Salvatore nostro Capharnaum sanitati restituto, ex Ioanne Capite quarto. Quo viseret. pro vt viseret. Animam trepidam, quia cuiq; viuere ipsum dulce est. De sede sua. id est de corpore: quæ est quasi animæ domicilium. Nulla negat, quia fidelis nihil postulat: nisi

quod honestum est. Comitata fidem, quia dona statim sequuntur credentem. Facili sermone, id est solo verbo. Perge. per parenthesis dictum est. i. vade, & vide, an ita sit. Quantum imperij. Per admirationem legendū est. i. q̄ imperiosa est. Priusq; nata videndo. Videtur Sedulius intelligere, quod cum Saluator noster dixit regulo filius tuus viuit: non ilico sanatus est: sed postea: ex eo quod iam erat illi præsens siue præteritum: quod apud alios erat futurum, sed ex Euangelistæ cōtextu facile colligitur: quod qua hora dixit. filius tuus viuit: eadē & sanatus est. Vrbes. Omne oppidum est vrbs: præter Romanam, quæ non est oppidū. Rura, quæ coluntur. Casas, tuguria in agris. Vicos, qui muro non sunt circumdati: sicut castella, quæ sunt muro cincta.

C iij      Ecce

## LIBER

**E**Cce autem. Quomodo descendente Iesu de monte: ubi longum sermo-  
nem fecit: mundavit leprosum. Ex Matthæi capite octavo, & Luca capite  
quinto. Plus miser candore, id est, lepra candida: quam latini vitiliginē:  
græcialphon vocant proprie, nam lepra omnis foeda cutis deformatio est, vt  
Christus inquit, id est dixit, volo, mundare. Vna cutis, id est continuata: &

vnius coloris. Fi-  
guram peregrinā:  
id est aduenticiam  
& non propriam.  
Magis in suo colo-  
re, id est, proprio  
& naturali. Vix  
est agnitus ab ijs:  
qui illum antea co-  
gnoscebant.

**F**orte Petri. So-  
crum Simonis  
Petri febricit-  
antem dominus p-  
impositionem ma-  
nus curavit. ex Mat-  
thæo capite octavo.  
Luca capi. quarto.  
Aestu lampadis.  
id est calore febris.  
Febris anhela, id  
est, quæ illam præ-  
nimio calore coge-  
bat. Anhelare, id  
est crebros spiri-  
tus ducere. Peris-  
clis gelidis, id est  
mortiferis. Virgiz  
lius. Et cum frigid-  
a mors aia subdu-  
xerit artus, aut ad  
horrorem: qui fe-  
brem præcepit re-  
ferendum est. Vn-  
de subdit. Frigus  
lethale coquebat.  
Fonte latentis a-

quæ, id est Christi qui est fons aquæ salientis in vitam eternam. Ioan. ca. iij.

**Q**uin etiam, quod Saluator noster dæmonia habentes: & varis lan-  
guoribus egrotantes curabat. Ex Matthæi capite quarto. Spirituū  
nigrorum, id est dæmonum. Operis, id est hominis. Quem norat  
non esse Deum, quid si legas non esse reum, id est culpa dignum: vt stet sen-  
sus. Vt prius, id est quemadmodum & prius fecit.

### ¶ Leprosus mundatur.

**E**Cce autē mediæ clamās ex agmine turbæ  
Leprosus poscebat opē, variosq; per artus  
Plus cādore miser, si vis domine (inquit) ab istis  
Me maculis mūdare potes, volo, Christ⁹ vt inqt,  
Confestim redit vna cutis, proprioq; decore  
Læta peregrinam mutarunt membra figuram,  
Inq; suo magis est vix agnitus ille colore.

### ¶ Socrus Petri curatur a febre.

**F**orte Petri validæ torquebat lāpadis estu  
Febris anhela socrū: dubioq; in funere pen-  
Saucia sub gelidis ardebat vita periclis. (dens.  
Immensusq; calor frigus lethale coquebat.  
At postq; fessos domini manus attigit artus;  
Igneus ardor abit, totisq; extracta medullis  
Fonte latentis aquæ cecidit violentia flammæ.

### ¶ Dæmoniacos curat.

**Q**uin etiam rapidas nigrorum depulit iras  
Spirituū, ne flatus atrox laceraret iniqua  
Peste homines, operisq; Dei vexaret honorem,  
Quem norat non esse deum, passimq; cateruas  
Vt prius innumeras pulso languore saluti  
Reddidit, & varia populos a clade leuauit.

Inde



## TERTIVS.

**I**Nde marina. Quomodo Christo in naui dormiente: ingruit tempestas valida, qui a discipulis excitatus tempestatem sedauit. ex Matth. capite. vii. & Luca, vi. Marina, littora maris. Algas arentes. quas vndæ ad littus ap- pulerant. conscendens robora cymbæ, id est cymbam roboream proprie, aut ligneam si largo modo accipiatur. Librabant carbasas, id est moderabantur

### ¶ Tempestas sedatur.

**I**Nde marina petens arentes gressibus algas  
 Pressit, & exiguæ cōscēdens robora cymbæ  
 Aequoreas intrauit aquas, dominūq; sequentes  
 Discipuli placido librabant carbasas ponto.  
 Iam procul a terris fuerat ratis, actaq; flabris  
 Sulcabat mediū puppis securā profundum,  
 Cū subito fera surgit hyems, pelagusq; procellis  
 Vertitur, & trepidā quatit vada salsa carinam.  
 Perculerat formido animos, seseq; putabant,  
 Naufraga littoreis iam tendere brachia saxi.  
 Ipse autem placidum carpebat pectore somnū  
 Maiestate vigil, quia non dormitat in æuum,  
 Qui regit Israel, nec prorsus dormiet vnquam.  
 Ergo vbi pulsa quies, cunctis clamantibus vna  
 Voce simul, miserere citus, miserere perimus,  
 Auxilio succurre pio, nil vota moratus  
 Exurgens dominus validis mitescere ventis  
 Imperat, & dicto citius tumida æquora placat,  
 Non erat illa feri pugnax audacia ponti  
 In dominū, tumidas quæ surgete cogeret vndas,  
 Nec metuenda truces agitabant flamina vires:  
 Sed lætum exiliēs Christo mare cōpulit innum

vela carbasina, est autem carbasus lini quoddam gen<sup>9</sup>. Ponto placido, id est tranquillo. Pup- pis securā acta flabris, id est impulsa ventis, a flando dicta flabra. Fera hy- ems. i. tempestas va- lida. Virgil. noctē hyemēq; ferens. Vertitur. Misceat & perturbatur. Va- da salsa. i. maria. di- cta quod per ea na- uigantes vadant. Perculerat. i. pertur- bauerat. Naufraga brachia, id est, ipsi naufragi. Tendere. i. natando iactare. Maiestate vigil. qd dormiebat huma- nitas: & vigilabat diuinitas. cantico. v. Ego dormio & cor meum vigilat, quia non dormitat: ex psalm. cxj. Non dormitabit: neq; dormiet: qui custo- dit Israel. Quies. i. somnus: quemad-

modum vigilia est labor. Virgil. Dulcis & alta quies. Nil vota moratus, id est non expectans vt discipuli conciperent vota naufragorum more. Mi- tescere imperat, id est vt mitescant. Dicto citius, id est breuiori tempore quā dici posset. & est Virgi. primo Æneid. Sic ait & dicto citius tumida æquora placat. Non erat. Sensus est, quod illa ventorum marisq; concitatio non sæ- uire volebant in Christum. imo gestiebant illi inferuire: atq; obsequi im- perio illius. Audacia pugnax, id est vt pugnaret. Vires truces, id est terri- biles. Flamina, id est ventos, vt supra flabra. Exiliens Christo, id est præ ni- mia lætitia illi exultans. Imū fretum, id est ab imis sedibus mare profundum. Obsequio.

# LIBER

Obsequio. id est, vt illi obsequatur. Gaudia ventorum, id est venti gaudētes. Mouerunt pennas. venti namq; a poetis finguntur alas habere. Iuena. Nā dum se continet auster: dum sedet & madidas siccāt in carcere pennas.

**I**nterea. quo pacto Saluator noster in terra Gerasenorum duos demonia habentes liberauit. ex Matthæi capite octauo. Placido marmore, id est ma

**I**ri: vt supra. Viri profiluere: scilicet illi duo dæmoniaci. atqui Marcus & Lucas vnum tantum dicunt. Quos non mala. Repete ab inferioribus vexabant. Pauco dæmone. i. pauci dæmones mali. Legio atrox, id est tanta multitudo quanta est militum in legione. Gestabant vincla. non tūc garuptis vinculis eo confugerant: vt Lucas Capite octauo. & Marcus. cap. v. narrant. Pœna duplex, scilicet dæmonum & vinculoꝝ. Magis ligatur cum furiosi ne vim inferant vinciri debeant hi, qui vim patiuntur: magis ligantur.

Hominem. eū dēq; Deum Christum. Effigiem, id est, oris vultusq; maiestatem. Sed pecus. Ordo est. Sed petiere pecus. Gaudens lue immunda, i. gregē

porcorum. Amicū sordibus. Horatius. Vixisset canis immundus, vel amica luto sus. Phalanges. i. legio illa. Linius. Phalanges lingua Macedonum: appellantur cunei. Vegetius phalangem dicit habere triamillia armatorū. Niger hospes, id est dæmon, siue genius niger.

**H**inc alias. Quo pacto cum venisset Iesus patriam suam Nazareth, siue Capharnaum: curauit paralyticum. ex Matthei capite octauo, atq; alijs tribus. Natale solū, id est in patriam. Sed Marcus. cap. ij. dicit hoc factū esse

Obsequio feruere fretum, rapidoq; volatu  
Mouerunt auidas ventorum gaudia pennas.

¶ Duo dæmoniaci liberantur.

**I**nterea placido trāsuectus marmore puppim  
Liquerat, & medios lustrabat passibus agros,  
Cum procul e tumulis gemino stridore ruentes  
Profiluere viri, quos non mala dæmone pauco,  
Sed legio vexabat atrox, ne xucq; cruento  
Sæua catenatis gestabant vincla lacertis,  
Augebat quoq; pœna duplex, en dira furoris  
Conditio: qui vim patitur, magis ille ligatur.  
Tunc domini præcepta tremens exire iubentis  
Spiritus infœlix hominem non audet adire  
Effigiem reuerens, quam Christū cernit habere,  
Sed pecus immūda gaudēs lue, semper amicū  
Sordibus atq; olido consuetum viuere cœno  
Pro meritis petiere suis, tristesq; phalanges  
Porcinum tenuere gregē, niger, hispid<sup>9</sup>, horrēs,  
Talem quippe domū dignus fuit hospes habere.

¶ Paralyticus curatur.

**H**inc alias dominus pelago delatus in oras  
Intrauit natale solum, quo corpore nasci  
Se voluit, patriamq; sibi pater ipse dicauit.

## TERTIVS.

esse Capharnaum. Mattheus Nazareth videtur innuere: cum dicit patriam suam. cui ascribitur Sedulius. Sunt qui dicant Capharnaum domini patriam propterea, quod erat ciuitas metropolis Galilee, vt Hieronymus ait, miraculorū domini familiaris. Nasci corpore. At qui in Bethleem natus est: non Nazareth aut Capharnaum. Ergo nasci pro concipi & educari accipien-

dum est. Pater ipse. cum dixit. Matth. cap. secundo. Quonia Nazarenus vocabitur. Viuū iāq; cadauer. id est paralyticum: qui & si viuit non habet vsum membrorum. Bis bina ceruice. i. quatuor viri ceruicibus illum portantes. Iuuenalis. Cum iam sexta ceruice feratur. Vix hominem. idē dicit. Resoluta membra. Paralysis enim resolutio interpretat. Fluxus per artus, id est resolutos: vt supra, & quod sequitur. Neruis demissis, id est resolutis. Egentem virtutum. Prima vt illi peccata remitterentur: altera vt sanaretur. Nil moratus iussa, id est. exequēs. Aliena vestigia, scilicet illorum: a quibus portabat. Ve-

Eccē adertant viuum portantes iamq; cadauer  
 Bis bina ceruice viri; lectoq; cubantem  
 Vix hominem: cui vita manēs sine corporis vsu  
 Mortis imago fuit, resolutaq; membra iacebant  
 Officijs deferta suis, fluxuq; per artus  
 Languida demissis pendebant vincula neruis,  
 Hunc vbi virtutum dominus cōspexit egētem,  
 Robore peccatis primum confirmat ademptis,  
 Quæ generāt augmenta malis, miseroq; iacenti  
 Surge ait, & proprium scapulis attolle grabatū,  
 Inq; tuam descende domum, nil iussa moratus  
 Cui fuerat concessa salus, vestigia linquens  
 Tandem aliena, suis lætatur vadere plantis,  
 Vectoremq; suum grata mercede reuexit;

¶ Iairi filia mortua resuscitatur, &  
 hemorrhoiſſa curatur.

**P**Rincipis interea synagogæ filia clauso  
 Functā die, superas moriens amiserat auras,  
 At genitor, cui finis edax spem prolis adultæ  
 Sustulerat, sanctos domini lachrymāsq; gemēsq;  
 Corruit ante pedes, vix verba precantia fari

ctorē suū. i. seipsum: nā vector est qui vehitur, vel vectorē suum, id est grabatū: quo vehebat. Mercede grata, quia ab alijs vehebat mercede: sed nō grata.

**P**Rincipis. Quo pacto Iairus Princeps synagogæ rogat dominum: vt filiam suam mortuam suscitaret, id quod fecit: sed inter eundem mulierem hemorrhoiſſam curauit. ex Matthæi capite nono. Principis. Lucas nomen expressit Iairum appellans. Clauso die, id est finito. Virgilius primo Aeneid. Ante diem clauso cōponet vesper olympo. Auras superas, id est hunc aerem: quem spiramus: qui respectu inferiorum superus est. Virgilius sexto aeneidos. Superasq; euadere ad auras. Finis edax, id est mors omnia consumens, rodensq;. Spem prolis. i. filiam: ex qua suscepturus erat nepotes.

Virgilius

# LIBER

Virgilius secundo æneidos. Quinquaginta intus thalami spes tanta nepo-  
tum. Matura. ad nuptias Virgilius septimo. Iam matura viro: iam plena.  
Nomen patris, quia pater & filius nomina sunt ad aliquid dicta. Refunde  
animam, id est iterum redde. Autor lucis, qui est lux & lucis origo. Ad fu-  
nera extinctæ, scilicet puellæ. Vix mouens gressum populo stipante, id est

propter nimiam po-  
puli frequentiam.

Cruorem inundan-  
tem, id est fluxum  
sanguinis. Tenua-  
rat opes. Distri-  
buendo patrimo-  
nium medicis, &  
pharmacopolis.

Domo exhausta,  
id est, refamiliari  
euacuata. Censum  
cum sanguine, id  
est, patrimonium  
cum sanguinis ef-  
fusionem. Sano in  
pectore, id est in  
corde melius dere-  
ligione vera sen-  
tienti. Fides di-  
ues, id est copiosa:  
quippe quæ fun-  
damentum est alia-  
rum virtutum. Im-  
mersa, id est inuo-  
luta. Filum Chri-  
sti. subaudi vestis:  
quod Euangelista  
dicit. Si tetigero  
fimbriam vestimẽ-  
ti eius. Posterius  
latens, id est laten-  
ter a tergo. Fura-

ta salutem, quia furtim tetigit Christi vestem: unde consecuta est salu-  
tem subitam. De extrema veste, id est de fimbria siue limbo vestis. Audax  
fiducia, id est mulier ex fidei fiducia audens. Damnauit venas patulas,  
id est obligauit siue obturauit venas apertas. Nam & damnopro constrin-  
go siue obligo sæpe legitur. Autor Marcellus, & Seruius in illud Virgil.  
Damnabis tu quoque votis. Siccis fluentis, id est exsiccatis fluxibus sangui-  
nis. Quod virtus dedit, hoc est quod Euangelista dicit. Et statim Iesus  
in semetipso cognoscens virtutem: quæ exierat de illo: aiebat. Laudat fur-  
tum, id est mulierem: quæ sic inuenit salutem: dicens illi. Fides tua te sal-  
uam fecit. Rapina, id est furto, hoc est mulieri sic furanti.

Singultu quatiante valens, miserere parentis.

Orbati miserere senis, modo filia (dicens)

Vnica virgineis, nec adhuc matura sub annis

Occidit, & misero patris mihi nomen ademit.

Affer opẽ, lapsamque animã per mēbra refunde,

Qui totũ præstare potes, hæc inquit, & autor

Lucis ad extinctæ pergebat funera: gressum

Vix populo stipãte mouens, permixtaque turbis

Ibat inundantem mulier perpeffa cruorem,

Quæ magnas tenuarat opes, vt sanior esset,

Exhaustaque domo, nec proficiente medela,

Perdiderat propriũ pariter cũ sanguine cẽsum.

Ast vbi credentis iam sano in pectore cœpit

Diues adesse fides, medijs immersa cateruis

Nititur aduersi vel filum tangere Christi.

Posteriusque latens subitam furata salutem

Extrema de veste rapit, siccisque fluentis

Damnauit patulas audax fiducia venas,

Senserat ista Deus, cuius de fonte cucurrit

Quod virtus secreta dedit, furtumque fidele

Laudat, & egregiæ tribuit sua vota rapinæ.

¶ Ventum

## TERTIVS.

Ventum erat. Accedit saluator ad domum archisynagogi: vt suscitaret eius filiam. Moriens virgo: pro mortua. Tibicen, id quod alijs in locis diximus: in funere puerorum siue puellarum solitos fuisse adhiberi tibicines: sicut in funere virorum tubas. Papinius in funere Archemori. Tibia cui teneros suos cum deducere manes. Hic sopor est, id est non est mortua puella: sed dormit.

Ventum erat ad mœsti lugentia culmina tecti,  
 Declētēq; domum, moriēs vbi virgo iacebat  
 Extremum sortita diem, trepidusq; tumultus  
 Omnia lamentis vlulans implebat amaris.  
 Funereosq; modos cantu lachrymāte gerebat  
 Tibicē, plangorq; frequens confuderat ædes,  
 Ponite sollicita conceptos mente dolores,  
 Hic sopor est, Saluator ait, nec funus adesse  
 Credite, nec somno positam lugete puellam,  
 Dixerat, & gelida cōstrictum morte cadauer  
 Spiritus igne fouet, verboq; immobile corpus  
 Suscitāt, atq; semel genitam bis viuere præstat,  
 Obstupuere animis, inopināq; vota parentes  
 Aspiciunt, versisq; modis per gaudia plangunt.

¶ Duo cæci illuminantur.

**I**Nde pedē referēs geminos videt, ecce, seq̄ntes:  
 Cæcatos clamare viros, fili inclyte Dauid  
 Decute nocturnas extinctis visibus vmbas,  
 Et clarum largire diem, quam credere tutum,  
 Quā sanū est cognosse Deū, iā corde videbant,  
 Qui lucis sensere viam, tunc cæca precantum  
 Lumina, diffuso ceu torpens ignis oliuo,  
 Sub domini micuere viam, tactuq; sereno  
 Instaurata suis radiarunt ora lucernis,

Geminos cæcatos, pro duos. Vmbas nocturnas, id est cæcitatem. Diem clarū, id est lucem. Cognosse Deum, quod non possumus facere nisi illuminati. Videbant corde, id est credebant intelligebantq;. Viam lucis: illius: quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Tunc, cum videbant Deum, &c. Cæca lumina precantum, i. oculi eorum: qui petebant videre. Micuerunt, i. lumen acceperunt. Sub viam domini, s. qua gradiebatur. Ignis torpens, i. languens. Ora instaurata, id est visui pristino restituta. Tactu sereno, scilicet, saluatoris. Radiaret suis lucernis, id est, videret proprijs oculis.

His ita,

Mortui quoq; in sacris literis dormire dicuntur: quia suscitandi sunt in die iudicij. vnde & cœmeteriū. Græce: hoc est dormitorium dicitur: vbi christiani sepeliuntur. Positam somno, id est dormientem. Cadauer cōstrictum, id est cōgelatum. Igne spiritus, contra id, quod dixit morte gelida. Verbo, tantū dicēs: puella surge. Genitā semel aut conceptā, aut natā. Bis viuere, semel in vtre matris: atq; iterum suscitante illam saluatore. Plangunt per gaudia, quia prius per luctū: nūc per letitiam, nā plangere tantum est percutere,

**I**Nde pedem, quod post suscitatum Archisynagogi filiam restituit visum duobus cæcis. Ex Matth. cap. ix.

# LIBER

**H**is ita. Dæmoniacus, qui erat surdus & mutus liberatur: restituiturque  
 vsui audiendi & loquendi. Matth. cap. xij. His. s. duobus cecis. Multi-  
 plici. s. silentio, surditate, dæmonio. Relictus voce, id est destitutus ser-  
 mone. Vacuus auditu, id est expers. Membra inania, id est inutilia. Causis  
 versis, quia diuersorum effectuum & causas oportuit esse diuersas.

**N**ec minus.  
 Discipulos  
 mittit cū po-  
 testate curandi oēs  
 lāguores: suscitandi  
 que mortuos, idque  
 gratis quia gratis eā  
 potestatem ab ipso ac-  
 ceperunt. Ex Matth.  
 ca. x. Virtutibus po-  
 testatibus. Excludi-  
 te. i. expellite. Sed  
 domus Israel. s. tū  
 non gentium. In viā  
 (inquit) gentium ne  
 abieritis. Gentes  
 oēs hoc nomine. Sen-  
 sus est: nōdū gētes  
 erāt adoptatæ in fa-  
 miliā Dei: quæ postea  
 vere dicte sunt Is-  
 rael abdicatopopu-  
 lo Iudeorū. Dicite  
 regnū cælorū. hoc  
 iubet illos prædica-  
 re. Locū. i. corpora  
 quæ possipēt. Ac velut  
 hoc dicens. i. quasi  
 vellet hoc dicere.  
 Ego sum pastor qui  
 habeo agros pro-  
 prios, & pascua:  
 vos autē estis mini-  
 stri & substituti  
 pastores: quoniam nō debe-  
 tis meis ouibus vē-  
 dere pascua: quæ illis

designatis. Doctrina fluens decurreret. s. quod ea quæ gratis a Deo accipi-  
 mus: non debemus vendere. Qualiter, comparatio est quemadmodum ex  
 vno fonte qui est in paradiso voluptatis deriuantur quatuor illa ingentia  
 flumina: de quibus Genesis capite secundo. Ita ex Christo emanauit hæc præ-  
 ceptio, scilicet gratis accepistis: gratis date. Deinde per discipulos atque illos-  
 rum successores propagata est in præsentem diem.

Ex in;

¶ Mutus, surdus, dæmoniacus sanatur.

**H**is ita dimissis, alius producitur æger  
 Multiplicilāguore miser, qui voce relictus  
 Auditu vacuus, solo per inania membra  
 Dæmone plenus erat. Hūc p̄tinus ordine sacro  
 Curauit versis Deus in contraria causis,  
 Dæmonio vacuans, auditu & voce reformans.

¶ Mittit discipulos, vt curent ægros &c.

**N**ec minus interea proprios iubet oia posse  
 Discipulos, totisque simul virtutibus implēs  
 Ite ait, & tristes morborum excludite pestes.  
 Sed domus Israel, quia nec dum nomine gentes  
 Auxerat hoc omnes, cælorum dicite regnum:  
 Dæmonis auferte locum: depellite lepram:  
 Cunctaque subductæ reuocate cadauera vitæ,  
 Sumpsistis gratis, cunctis impendite gratis:  
 Ac velut hoc dicēs, ego vobis quippe ministris  
 Pascendos committo greges, ego denique pastor  
 Sum bonus: & proprios ad victū largior agros.  
 Nemo meis ouibus, quæ sunt mea, pascua vēdat.  
 Hæc in apostolicas ideo prius edidit aures  
 Omnipotens: vt ab his iam sese autore magistris  
 In reliquum doctrina fluens decurreret æuum.  
 Qualiter ex vno paradisi fonte leguntur  
 Quattuor ingentes procedere cursibus amnes;  
 Ex quibus in totū sparguntur flumina mundum.

## TERTIVS.

**E**X in. Quomodo Saluator in synagoga restituit sanitati mancum quem  
dam & extinctæ corpus non vtile dextræ. ex Matthæi capite duodecimo.  
mo. Conspicuum in aulam synagogæ. nam in tam celebri vrbe necesse  
erat amplissimam fuisse extructam synagogam. Demesso corpore, idest mu-  
tilato, ab eo quod est demeto. is. Hora. primo sermonum. Caudamq; fallas-  
cem demeteret. Semineccem, idest semimortuum: quia  
in parte viuebat: in parte mortuus, erat vnde subdit. Non totum viuere. Das  
damnarat, idest inutilem fecerat. Medes, scilicet Christus. Præcipit imperio,  
verbo tantum non adhibitis fomentis. Palmam gelidam, idest torpẽtem &  
quasi quodam gelu impeditam. Recalescere, idest explicari & extendi.  
Diuino more, scilicet verbo solo, aut nutu. Nil tollit, scilicet pro mercede,  
aut nil diminuit. Reddit omnia, idest restituit.

¶ Mancus in synagoga curatur.

**E**X in cõspicuã synagogæ ingressus in aulã  
Aspiciunt inualidũ demesso corpore mancum  
Semineccem, membri nõ totum viuere, cuius  
Arida torpentem damnarat dextera partem.  
Imperioq; medens gelidam recalescere palmam  
Præcipit, & reddi diuino more saluti,  
Sicut semper agit, nil tollit, & omnia reddit.

¶ Dæmoniacus, idemq; cæcus,  
& mutus curatur.

**E**N iterum veteres instaurans lubricus artes  
Ille chelydrus adest, nigri qui felle veneni  
Liuidus humano gaudet pinguescere tabo.  
Quodq; per alternos toties disperferat ægros  
Virus, in vnus progressus viscera fudit,  
Cui vocem lumenq; tulit, tripliciq; furore  
Saucia membra tenēs, mutũ quatiēbat, & orbũ.  
Tũc dominus mũdi, lux nostra, & sermo parētis  
Sordibus excussis oculos atq; ora nouauit,  
Verbaq; per verbũ, per lumen lumina surgunt.

**E**N iterũ. Qũd  
oblarum dæmoniacum, cæ-  
cum, mutum Saluator noster sani-  
tati restituit. Ex  
Matthæi capi. duo

decimo. En iterum, quia supra de altero dæmonium habente mentionem fe-  
cerat. Ille lubricus chelydrus, idest serpens antiquus lubrica conuoluens  
sublato pectore terga. Qui liuidus, & colore & inuidia, vtrumq; enim li-  
uidus significat. Felle, in quo est inuidiæ sedes. Ouidius secundo metamor-  
pho. Pectora felle virent. Gaudet. Pinguescere, idest pascitur damnis homi-  
num: quod ipsum inuidiæ est. Per alternos ægros, idest alternatim illos infir-  
ciens. Vocem & lumen, idest vsum loquendi & audiendi abstulit. Furore,  
idest damno. Orbum, idest lumine orbatum. Lux nostra, quæ illuminat om-  
nem mundum. Sermo parentis, idest verbum patris. per quorum prius  
restituit cæco lumen: per posterius muto vsum loquendi.

Venerat.

**V**enerat, quod incuruatam mulierem erexit, atq; restituit saluator: ex Luca capite decimo tertio. Contracta, id est, vt Euangelista dicit inclinata: hos Græci emprosthotonicos vocant. Morbo vetusto, quo fuerat detenta duodeuiginti annos. Non senio, quo senes incuruantur. Cernua, id est in terram prona. Messes, id est annos continuos. Totum orbem solis, id est solem: qui sphericum corpus habet. Ardentem. Ex opinione antiquorum: qui totum ether dicebant esse igneæ naturæ. Erecta, quæ prius erat incurua. Quia quos. Moraliter exponit.

**C**umq; dehinc. Quomodo ex quinque panibus & duobus piscibus quinquè millia, virorum dominus saturauit. Ex Matthæi capite decimo quarto. In deserto, vbi hoc miraculum dominus fecit. Moses typicus, quo duce in deserto populus manna pastus est. Maioribus actis, id est miraculis. Antiquam opem, id est simile illi antiquæ. Alite multa, id est multis coturnicibus. Opima carnis, id est carnes optimas & pingues. Auxit subaudi opem. Manna sufficiens, i. quod sufficeret satisq; esset. Cætera turba: quod Euangelista dicit exceptis mulieribus & pueris. In illo numero, scilicet, quinque mille virorum. Legio, hic pro multitudine. Matrum, i. mulierum. species pro genere. Quocumq; magis stupeas, hemistichium est Iuue. in. vi. saty. Cophinos, corbes ex viminibus contextos. Quæ redit aucta, quia plus redit a mensis quam fuit appositum. Non est data, scilicet cum in mensis positi sunt panes & pisces.

lamq;.

### ¶ Mulier incuruata sanatur.

**V**enerat & morbo mulier contracta vetusto, Nō senio tremebūda gemēs incurua cadu Vultibus, & solā despectās cernua terrā: (cis Quæ domino miserante iuges post octo decēq; Membra leuat messes, cælumq; ac sydera tādē Cernit, & ardentem solis reminiscitur orbem Totū erecta vidēs: quæ quos mal⁹ opprimit hostis, Ima petūt; quos Christus alit, sine labe resurgūt.

### ¶ De quinque panibus & duobus piscibus.

**C**umq; dehinc populū sese in deserta secutū, Vt typicus Moses verusq; ppheta videret Antiquam sentire famem, maioribus actis Antiquam monstrauit opem, tunc alite multa Carnis opima dedit, geminis mō piscibus auxit, Sufficiens tūc māna pluit, modo panibus amplū Quinque dedit victum per millia quinque virorū, Cætera turba latet, numero nec clauditur illo Maxima paruorum legio, vel maxima matrū, Quocumq; magis stupeas: cophinos ablata replerūt Fragmina bisse nos, populisq; vorātibus aucta Quæ redit a cunctis, non est data copia mensis.



## TERTIVS.

**I** Amq̄. Quomodo Salvatore in terra manēte discipuli nauigantes oppri-  
mebantur tempestate. Iesus ad eos veniens super fluctus cœpit illos con-  
solari: & q̄ illius iussu Petrus se ad illum ex nauī demisit. ex Matth. cap̄.  
xiiij. Oceano rapiente diem. Descriptio est occasus solis: qui in Oceano vide-  
tur mergi cum occidit. Senescentem. quia occasus solis respondet senectuti

¶ Christus ambulat super mare.

**I** Amq̄ senescentem gelidi sub cœrula ponti  
Oceano rapiente diem, cum pallor adesset  
Noctis, & astriferas induceret Hesper⁹ v̄bras,  
Discipuli solo terris residente magistro  
Vndosum petiere salum, fluctuq̄ tumentī  
Torua laborantem iactabant æquora puppim:  
Aduersus nam flatus erat, tunc noctis opacæ  
Tēpore calcatas dominus superambulat v̄ndas:  
Et vasti premit arua freti, glauciq̄ fluentī  
Circumfusa sacras lambebant marmora plantas.  
Miratur stupefacta cohors sub calce pedestri  
Nauigeras patuisse vias: at Petrus amicam  
Doctus habere fidē, Christūq̄ agnoscere semp,  
In medias descendit aquas, quem dextra leuauit  
Labentem domini nil tanto in gurgite passum.  
Cui portus fuit illa manus, pelagicq̄ viator  
Libera per vitreos mouit vestigia campos.

¶ Fimbria tactus curabat ægrotos.

**G** Enesar inde soli, domino veniente, coloni  
Infirmos traxere suos, vt fimbria saltem

leuiter tangebant. Virgilius. ij. Aeneid. Lambere flamma comas. Cohors.  
discipulorum. f. Sub calce pedestri. i. sub plāta pedis, cuius est calx posterior  
pars. Vias nauigeras. i. per quas solæ naues eunt. Fidem amicam. i. sibi fami-  
liarem & sociam. Agnoscere. quippe qui alij addubitantibus dixit. Tu es  
Christus filius Dei viui. Matthæi. cap̄. xvi. In gurgite. maris tēpestate. Via-  
tor. f. Petrus. Campos vitreos. idest maria. Sicut Ouidius primo metamor-

**G** pho. Camposq̄ recepta liberioris aquæ.  
Enesar. Quomodo cum venisset Iesus Genesareth: omnes infirmī, qui  
tangebant fimbriam vestimenti eius, sanabant. Matth. cap̄. xiiij. Coloni.

D habitas

hominis. Sub cœs-  
rula pōti. idest sub  
pontum cœruleum:  
nam ille est color  
maris. Pallor. idest  
nigror. Hesperus.  
stella: quæ alio no-  
mine dicitur Ves-  
nus: dicta Hesper⁹  
cum post occasum  
solis videtur. Vm-  
bras astriferas. q̄a  
astra, nisi per v̄m-  
bras, non videntur.  
Solo magistro. id  
est incomitato. Sa-  
lum vndosum. id  
est mare. Virgilius  
primo Aeneid. Per  
q̄ v̄ndas superans  
te salo. Torua equo-  
ra. idest irata atq̄  
p̄turbata. vt Tor-  
ua leena lupum se-  
quitur. Aduersus.  
idest non a puppe  
& secundus. Mar-  
mora glauci fluen-  
ti. i. maria glauca  
fluentiaq̄. est au-  
tem color maris in  
tranquillitate glau-  
cus, idest viridis.  
Lambebant. idest

## LIBER

habitatores. Soli Genesar, quæ ab hebræis dicta est Cenereth, postea ab Herode in honorem Tiberij Cæsaris Tiberias dicta. Salutem iugem, idest nõ temporariam, sed perpetuã. Nunquã vendita, fuit subaudi, sed an fuerit empta aut dono data Saluatori, nescio. Redimebat, i. a morte liberabat.

**H**inc Tyrias. Ex Genesareth venit Iesus in Phœnicen: quæ quondam

fuit Chananaeorũ: ubi sunt vrbes præclare Tyrus & Sidõ: ibiq; filia mulieris Chananitidis curata est. Matthæi capite decimo quinto. Petentem, idest Christum euntem. Pro natæ vitio, erat enim dæmoniaca. Quæ more sagaci. Festus canes, inquit, indagatores sagaces sunt appellati: quia ferarum cubilia præsentiuñt. Odorata mensa, idest quam odore explorant. Ad limina, i. ad introitum, siue ad finem mensæ. Refluas, idest cadentes, aut retrofluẽtes. Silius lib. xv. Refluusq; reciprocatur estus. Vox humilis, scilicet fuit huius mulieris. Sed celsa fides, idest alta, vt humile opponatur alto. De cane, cum per humilitatem se cani comparauit. Ortam, s. ouem ex cane factam. In sentibus gentis, idest inter gentium sp̃mas. Compulit, scilicet fides. Pascier de gramine agri, perstat in translatione eius quod dixit ouem.

**A**lta de hinc, q̃ ascendens Iesus in montem curauit multa genera languentium, ex Matthæi capite. xv. Dehinc, post Chananæ filiam in Phœnice curatam. Subiens, idest ascendens. Quicquid debile vulgi, idest omnes ex vulgo aliqua infirmitate debiles. Motibus, qui prius erant impediti: neq; poterant membra mouere. Attemperat organa, idest disposuit membra, siue instrumenta animæ. Reuocata, idest restituta suis neruis.

**A**lta de hinc subiens motis iuga plebe sequente Millia cæcorum, claudorũ millia passim, Leprososq; simul populos, surdasq; cateruas, Inualidasq; manus. & quicquid debile vulgi Venerat, in priscum componit motibus vsum, Et reuocata suis attemperat organa neruis.

Dumq;

Vix attacta Dei morbis mederetur acerbis:  
Et quotquot tetigere, iugem sensere salutem,  
Quam preciosa fuit, quæ nunc vendita vestis,  
Ipsa omnes modici redimebat munere filii.

### ¶ Chananeæ filia sanatur,

**H**inc Tyrias partes Sidoniæ arua petentẽ  
Anxia pro natæ vitio, quã spiritus atrox  
Vexabat stimulis, mulier Chananæa rogabat  
Se canibus confessa parem, quæ more sagaci  
Semper odoratæ recubant ad limina mensæ,  
Assuetæ refluas dominorum lambere micas,  
Vox humilis, sed celsa fides, quæ sospite nata  
De cane fecit ouem, gentisq; in sentibus ortam  
Compulit Hebræi de gramine vescier agri.

### ¶ Languentes curantur,

**A**lta de hinc subiens motis iuga plebe sequente  
Millia cæcorum, claudorũ millia passim,  
Leprososq; simul populos, surdasq; cateruas,  
Inualidasq; manus. & quicquid debile vulgi  
Venerat, in priscum componit motibus vsum,  
Et reuocata suis attemperat organa neruis.

## TERTIVS.

**D**Vm̄q̄. Alterum miraculum simile superiori de quinq̄ panib⁹ & duob⁹ piscibus. hic de septem panibus & paucis piscibus. ex Matt. cap. xv. Tumultum ægrum. id est turbas egrotantes. In cespite sterili. i. in deserto. Geminanda fames, quia non modo premebantur fame ex præteritis diebus contracta: sed etiam futura: dum quisq̄ rediret domum. Callem. i. viā anfractuosa: qualis esse solet in locis desertis. Panis adest. qui Joā. vi. dixit: ego sum panis vite. Sine frugibus. i. sterilibus. Agmē grāde virū. p̄ virorū. Infirma secundi sexus. i. aliterius, hoc est mulierum. Et ætatis. i. puerorū: q̄ vtraq̄ ætas & sexus debilis est. Edendo. hoc est mirandū, q̄ consumuntur dapes edendo, augēturq̄. Fugitiua fames, fingit Ouid. in meta, famem quasi deam quandam habitare in locis desertis: moresq̄ illius pulchre describit. nūc vero dicit autor quod fames fugitiua. i. q̄ fugiebat turbas iā saturas. Expauit reliq̄as suas. i. fragmēta q̄ relicta fuerunt. Culmina septem sportarū. i. septem sportas ad

**¶ De septē panibus & paucis piscibus.** (tū  
**D**Vm̄q̄ medēs ægrū refouet virtute tumul  
 Tertia lux aderat, sterilisq̄ in cespite nullū  
 Contigerat plebs tāta cibum, nimiosq̄ labores  
 Nutribat geminanda fames, si saucia callem  
 Turba peringentem dapibus ieiuna rediret,  
 Quæ flexus pietate deus, qui semper ægentum  
 Panis adest, victumq̄ locis sine frugibus infert,  
 Pisciculis paucis & septem panibus agmen  
 Pauit grande virum: præterq̄ infirma secundi  
 Sexus & ætatis, saturauit quattuor illic  
 Millia vescentum plus vt mireris, & auctas  
 Disce fuisse dapes, epulas nutriuit edendo  
 Vulgus, & attritæ creuerunt morsibus escæ:  
 Reliquiasq̄ suas sportarum culmina septem  
 Expauit fugitiua fames, vbi fragmine sumpto  
 Vidit abundantem modico de semine messem.

### ¶ Transfiguratio Domini.

**N**Ec tñ humano quāuis, in corpore Christū  
 Matris ab occasu mortalia mēbra gerētē,  
 Clam fuit esse Deū, quia non absconditur vnq̄  
 Vrbs in mōte sedens, modio nec subditur ardēs

culmen summum plenas. Sumpto fragmine, id est collectis fragminibus. De modico semine, i. de septem panibus & duobus piscibus.

**N**Ec tamen. Quo pacto corā tribus discipulis dominus transfiguratus est, apparuerūtq̄ cū eo Moses & Helias loquētes. ex Matt. ca. xvij. Nec tñ. Ordo & sensus est. Nec tñ fuit clā. i. occultū. Christū esse Deū: quāuis gerētē ab occasu matris. i. a matre mortali mēbra mortalia in corpore humano. Esse deū inquā. quia vrbs sedēs. i. fundata: & est sumptū ex Mat. cap. v. Nō pōt abscondi ciuitas supra montē posita: neq̄ accendū lucernā: & ponūt eā sub modio: sed super candelabrū, vt luceat omnib⁹, qui in domo sunt.

Dij Lychnus

## LIBER

¶ **L**ychnus græce interpretatur lucerna: neque est (vt vulgus putat) ex cera aut seuo: sed quæ ex oleo temperatur. Nam testibus. ordo est. Nam versus splendore. id est mutatus in ætheream figuram. Fulgore amplo. velut ardor igneus solis. Vicerat ore. id est oris splendore. Diem. id est solem. & hoc tribus discipulis testibus, id est Petro, Iacobo, & Ioanne. Candida forma niuis fulsit de tegmine. id est vestis mutata est in formam niuis discipulis intuētibus ipsam vestem. Quæ non sunt credita mundo. id est incredibilia, aut ad aliud respicit quæ mundum non cognouit. Moysen. hic scriptor recentem græcam sequitur & latinam scripturam: cum autores græci et latini non Moysen, sed Mosen hunc vocent. Principiū ac finem. Alpha atque omega idem est. ex Apocalip. capite primo. Alter viuens. scilicet Helias. Limine mortis. scilicet Moses. Hieronymus. Dat signum de cælo. Helia inde descendente & Mose ab inferis resurgente. Vox patria. id est patris. Sydereo sono. i. a cælo descendenti. Verbo genitum. imo verbū genitum.

**L**ychnus, anhelantem sed spargēs altius ignem,  
Lumen agit cunctis radians, nam testibus amplo  
Discipulis fulgore tribus, velut igneus ardor  
Solis, in ætheream versus splendore figuram  
Vicerat ore diem, vestemque tuentibus ipsam  
Candida forma niuis domini de tegmine fulsit,  
O meritum sublime trium, quibus illa videre  
Contigit in mundo, quæ non sunt credita mundo,  
Quid quæ & Heliam & clarum videre Moysen:  
Ignotos oculis viderunt lumine cordis,  
Vt maior sit nostra fides, hunc esse per orbem  
Principiū ac finem, hunc alpha viderier, atque omega.  
Quem medium tales circumfluxere prophete,  
Alter adhuc viuens, alter stans limine mortis,  
Sydereoque sono meus est hic filius aïens.  
Ostendit verbo genitum vox patria Christum,

### ¶ Dæmoniacus liberatur.

**P**ostquam corporeos. Post transfiguratio nem Christus dæmoniacum curauit. ex Matth. capite. xvij. Virtus diuina. s. in qua resplenduit. Regressa. i. se recolligens, recipiensque. Formam adoratam. tunc scilicet a tribus discipulis: alias adorandam. Deiectus lumina. synecdoche. i. habens lumina deiecta. Vnus filius vnus. hæc geminatio vnicum significat. Spiritus lacerat. Euangelista lunaticū dicit: vt idē sit lunaticus & dæmoniacus.

**P**ostquam corporeos virtus regressa per artus  
Textit adoratam carnis velamine formam;  
Seque palam dominus populis dedit, ecce repete  
Vir humilis mœsto deiectus lumina vultu  
Procedit, supplexque manus & brachia tendit,  
Imploratque gemens: vnus mihi filius, vnus  
Est domine, horrenda lacerat quem spiritus ira,

A quis

## TERTIVS.

Aquis, aut ignibus. Matth. Nam sæpe cadit in ignem & crebro in aquam. Misericors utrumque, scilicet me, atque illum. Redde mihi. subaudi filium. Redde sibi. subaudi seipsum. quia ille non est suus, qui non est dominus suorum membrorum, actionumque suarum. Cæca potestas. id est occulta vis demonis. Subtracto lumine. id est amissa luce huius vitæ. Volutas. pro volutatus. aut

Nec linquit, nisi mergat aquis, aut ignibus atris  
 Opprimat, atque animam dubia sub morte fatiget,  
 Hunc precor expulso miseratus utrumque furore  
 Redde mihi, vel redde sibi, nec cæca potestas  
 Expellat trepidam subtracto lumine vitam.  
 Dixerat, & genua amplectens, genibusque volutas  
 Hærebat, dominusque pio iam pectore votis  
 Annuerat, tunc prædo furens, ac noxius hostis  
 Cui possessa diu est alieni fabrica iuris,  
 Persuasa migrare domo compulsus, in iram  
 Tollitur accensam, correptaque carpere membra  
 Nititur, & frustra domino prohibente laborans  
 Fugit in obscuras puero viuente tenebras.

### ¶ De didrachma in ore piscis.

**R**ex etiã solus regum & dominus dominantum  
 Non dedignatus Petro piscante tributum  
 Soluere Cæsareum, medij de gurgite ponti  
 Hamum ferre iubet gerulum didrachmatis auri.  
 Incola mox pelagi pendentia fila momordit  
 Iussa tributa ferens, grauiorque onerante metallo  
 Vilis honor piscis precio maiore pependit.

Matthæi Capite decimo septimo. Rex regum. quia dixit regnum meum non est de hoc mundo Ioannis decimo octauo. Ideo solui tributum Cæsari imperat. Hamum ferre. id est in mare hamum mittere: qui piscem adduceret, in cuius ore inueniendum esset didrachmon: unde tributum Cæsari solueret. Didrachmatis auri. potest fieri, ut didrachma, & drachma fuerint ex auro, si ad pondus referantur: alias drachma monetæ genus non est nisi ex argento: sed tunc non drachmatis, sed drachmæ mittit genitiuum. Incola pelagi. id est piscis. Iussa. a Christo persolui. Vilis honor. id est parui præcij. Pependit, scilicet ex hamo.

que admodum Evangelista dicit: genibus prouoluit. & est particium præsentis in significatione passiva, quod & Virgilius posuit in primo Georgic. Tarda que Eleusine matris volentia plaustra. & in eodem. Siliqua quassante legumen. Votis, scilicet patris orantis pro filio. Fabrica iuris alieni. i. domus alterius domini. Domo persuasa. id est quam violenter inuasit. Carpere. id est, vexare ac torquere. Frustra laborans, quia puero non potuit nocere. In obscuras tenebras. i. ad inferos: ubi est illi domicilium proprium.

**R**ex etiam solus. Quod dixi gentibus tributum iussit Iesus solui didrachmon in ore piscis inuentum ex Euangelio

D in Discipulo

## LIBER

**D**iscipulisq. Interrogat⁹ Iesus a discipulis quis esset maior in regno  
 cælorum, statuto in medium puerodixit. Oportet effici quasi paruu-  
 lum illum volentem intrare in regnum cælorum. Ex Matthæi capite  
 decimo octavo. Se percontantibus. idest ipsum interrogantibus. Demissa  
 ceruice. idest nondura & contumaci, sed prona & humili. Iste paruulus.

Quem, vt dicit E-  
 uangelista, Iesus  
 statuit in medio di-  
 scipulorum. Inge-  
 nium æui teneri. i.  
 mores ætatis pue-  
 rilis. Non annis: sed  
 mente. quia, vt di-  
 cit Aristoteles. Ni-  
 hil refert ætate q̄  
 iuuenis sit, an mori-  
 bus. & ediuerso. ca-  
 ni hominis sapien-  
 tia illius. Sipientiæ.  
 in. Quia mollior  
 ætas. idest tenera:  
 hoc est puerilis. Nil  
 pompæ mundalis,  
 Ecce puerorū mo-  
 res. Non ambit. id  
 est non est ambitio-  
 sus. Resupina. idest  
 erecta: quod est cō-  
 trarium humilita-  
 ti. Semita vitæ pur-  
 ræ. idest incedētes  
 puri sicut pueri per  
 semitam vitæ. puer  
 namq; a puritate  
 dicitur. Prona so-  
 lo. idest in terram  
 inclinata & humi-  
 lis. Mens vergens.  
 idest inclinata ab-

solute. Lucanus in primo. Vergentibus annis. Altas actiue. vt Virgilius in  
 quarto. Frontiq; inuergit vna sacerdos. Quo. idest ea parte qua. De ster-  
 core. Psal. cxij. de stercore erigens pauperem. Tyrannos. Hic pro Reges ac-  
 cipit. Virgilius septimo æneid. Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyrā-  
 ni. Mente pugnaci. idest contumaci & elata. Per singula. quia quantumcum-  
 q; dixerō, minus est. Bonum speciale. quod intra genus continetur. Quia  
 bonum quanto communius est, tantum diuinius existimandum.

### ¶ Quis maior in regno cælorum.

**D**iscipulisq. suis se percontantibus aulæ  
 Cælestis regni maior quis possit haberi,  
 Vt Deus & doctor mirabilis omnibus, inquit.  
 Celsior est humilis, cunctisq; potentior ibit,  
 Quicunctis subiectus erit: seseq; minorem  
 Demissa ceruice feret, velut iste videtur  
 Paruulus, & monstrat puerum cōsistere paruū,  
 Scilicet ingenium teneri sectemur vt æui,  
 Non annis, sed mente iubet, quia mollior ætas  
 Nil pompæ mūdalis habet, non ambit honorē,  
 Nec resupina tumet, sic puræ semita vitæ  
 Quantum prona solo, tantum sit proxima cælo.  
 Mens etenim vergens altum petit, altaq; vergit;  
 Inferiorq; gradus, quo vult descendere, surgit.  
 Ecce humilem domin⁹ de stercore tollit egenū,  
 Et facit egregios inter residere tyrannos.  
 At contra tumidum pugnaci mente rebellem  
 Præcipitem cælo sub tartara iussit abire:  
 Parua loquor, si facta Dei per singula curram,  
 Et speciale bonum, cum sit generale, reuoluam.

### ¶ FINIS LIBRI TERTII.

Iam pla-

# Q V A R T V S.

**I** Am placidas. Cælij Sedulij Liber quartus. & primo dicit difficulter diuintrare in regnum cælorum. ex Matth. decimo nono. Item, pro iterum. Arenas Iordanis. id est ripas arenosas. Iter Iudeæ. id est venit in eam partem Iudeæ, quæ est trans Iordanē. Vulgus sine nomine. id est ignobiles quosdam homines. Suscipit. id est ad suam curam admittit. Discedere. id est vt discedant. Ardua planare. id est altas res planas facere. In directa. ex Esaia cap. xl. Erunt praua in directa: & aspera in vias planas. nam prauum dicitur, quod est distortum. Præstat se iudice. id est se arbitro & rerum domino: & in cuius arbitrio sunt omnia. Namque. exposnit quomodo intelligendum sit illud quod Euangelista dicit. Facilius est Camelum per foramen acus transire quam diuitem intrare in regnum cælorum. Pro mole. id est pro magnitudine. Callem. vt saepe diximus, viam angustam. Coercet. id est coarctat, & continet. Sub lege. quia est solutus a legibus. Condere velle. id est omnia quecumque voluit fecit. psal. cxij. Frons nulla videt: quia Deum nemo vidit vnquam.

## CAELII SEDULII mirabilium diuinorum. Liber Quartus.

**I** Am placidas Iordanis ite trāsgressus arenas  
Iudeæ sectatus iter, sine nomine moestum  
Vulgus & innumeras releuans clade cateruas  
Suscipit infirmos, & dat discedere sanos.  
Nil igitur summo de se sperantibus vnquam  
Difficile est conferre Deo, cui prona facultas  
Ardua planare, & curua in directa referre.  
Nam quicquid natura negat, se iudice præstat.  
Namque foramen acus sicut penetrare camelus  
Membrorum pro mole nequit, sic diues opima  
Fertilitate tumens tenuem non possit adire  
Cælestis regni ducentem ad limina callem,  
Nil genitor rerum, qui mundum lege coercet,  
Et nulla sub lege manet, cui condere velle est,  
Quem frons nulla videt, sed totum cōspicit ipse,  
Hoc impossibile est homini dixisset, at alto  
Possibile est ius omne Deo, multisque molestum  
Diuitibus tandem faceret mitescere censum.  
Nam proprias bene tractat opes, cæloque recondi  
Thesaurus vult ille suos, vbi quicquid habetur,  
Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat.

Ioannis. i. Molestum diuitibus: quia non omnes diuites gaudent facere censum & augere patrimonium. Faceret mitescere censum. id est vilescere & non crescere in infinitum. Bene tractat. subaudi aliquis ex numero diuitum. Vbi. id est in quo cælo. Mordax ærugo. id est flos æris, qui corrodit numismata græca. ex Matth. capite. vi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur. Tinea sulcat. id est corrodit, consumitque.

D iij Male

Male defossū, id est furto, non ex venis naturalibus: quia iure effoditur. Ieiunis qui. Misericordiæ opera enumerat: quorum materia sunt diuitiæ. Sibi egenus. Iuuenalis. Esto, vt nunc multi diues: tibi pauper amicus, de eo dixit, qui contrarius est misericordiæ. Illa substantia, id est ille census, siue patrimonium. Sub paupere forma, ex Matth. cap. xxy. Quod fecistis vni de his fra-

tribus meis minimis: hoc est pauperibus, mihi fecistis. Damnis augmenta capit, id est cum distribuitur, augeatur. Spargitur, vt sit, id est vt permaneat. Perit, id est perire videtur: cum revera maneat. Mortua, id est perdita opinione aliorum.

**P** Ræterea dominus. Egresso Iesu ex Hierico facti sunt illi obuiam duo cæci, quos sanitati restituit. Aliadeinde mirabilia fecit. Ex Matth. cap. vigesimo. Geminos cæcos, id est duos. Considerere, quia sedebant secū viam. Quoddam iter, scilicet ex Hiericho Hierosolymas. Formæ extinctæ, id est oculorū excæcorum. Auræ vagas, per quas solent voces diffundi. Solens pro solita. Fidem, illorum cæcorum. Lumina euigilare, id est oculos aperiri & videre. Somnus ingens, id est nox perpetua contra illud, quod dixit euigilare. Fenestras clausas. Translatio est nota: vt mors intravit per fenestras nostras. Hiero. ix. Die, id est luce. Noctem, id est tenebras. Repetita, id est quæ sæpe repetebat, frequentabatq;. & hoc sumptum est ex eodem Matth. capite vigesimo primo. Lumina & vestigia, id est oculos & pedes,

Nec male defossū famulatur furibus aurum:  
Ieiunis, qui ferre cibum, sitientibus haustum,  
Hospitibus tectum, nudis largitur amictum,  
Solatur nexos in carcere, perfouet ægros,  
Atq; alijs largus, sibi tantum constat egenus,  
Nec dubie in cælum substantia peruenit illa,  
Quæ Christo colata datur sub paupere forma,  
Quæ dānis augmenta capit, quæ spargitur, vt sit,  
Quæ perit, vt maneat; quæ vitā moriua præstat.

¶ Duo cæci illuminantur.

**P** Ræterea dominus geminos cōsidere cæcos. Cum quoddam trāsiret iter comitante caterua, Conspicit extinctæ poscentes munera formæ, Flebilibusq; vagas implentes vocibus auras, Nec cunctata solens pietas inferre salutem, Quæ sensit flagrare fidem, mox lumina tangens. Euigilare iubet, quæ somnus presserat ingens. Atq; diu clausas reserans sub fronte fenestras, Ingrediente die fecit discedere noctem. Hinc repetita sacri gradiens per mœnia templi Lumina cæcatis dedit, & vestigia claudis,

¶ De Ficu arida.

Talia



## Q V A R T V S.

**T**Alia Dauidicani. Iesus e Bethania in urbem Hierosolymam rediens esurnt: cum vero ad ficum arborem accessisset: vt inde ficos decerperet. non inuentis indixit illi sterilitatem: & continuo arefacta est. ex Matth. cap. xxi. Urbem Dauidicam. sic enim Hierusalem, vel potius Sion appellatur vrbs David. Vicina petens. Distat enim Bethania a Hierosolymis duobus millibus passuum Hieronymus & Eusebius auctores. Eadem die scilicet intra viginti quatuor horas: postquam venit in Bethaniam. Clarefcente. mane dicit Euangelista. Frondea pro frondosa. Virgi. Nemo ra inter frondea turbam. Nullum pomum. Recte de ficis pomum dicitur. Ait comis arboris, id est frondibus arboris. Ex vestro germine: proprie germen vnde erumpunt fructus. Suis succis, alimentis: vnde virefcit. Siccis. sine alimento. Omnis, quæ sequuntur moraliter dicta. Lignis vstis, pro vrendis. Palmæ similis, ex psal. xci. Iustus vt palma florebit: & sicut cedrus libani multiplicabitur. Sydera tangit. Quippe qui cedro comparatur:

**T**Alia Dauidicam post facta reliquerat urbem Bethaniae vicina petens, eademque reuersus Clarefcente die properabat visere tecta,  
Ecce autem medijs altans sublimis in aruis  
Frondea ficus erat, cuius in robore nullum  
Reperit esuriens lustrato stipite pomum,  
Arboreisque comis iam nunc ex germine vestro  
Nullus (ait) fructus reliquum generetur in æuū.  
Confestim viduata suis ficulnea succis  
Aruit, & siccis permansit mortua ramis,  
Omnis enim quicumque Deo nil fertile nutrit,  
Ceu sterilis truncus lignis æquabitur vstis,  
At iustus palmæ similis florebit amœnæ  
Semper habens frondes, & tanquam libana cedrus  
Multiplicandus adest, & vertice sydera tangit.

### ¶ Dæmoniacus mutus sanatur.

**P**ost oblatus ei virtutem sensit herilem  
Infanus sermone carens, quæ faucibus atris  
Angebatur vis clausa mali, vitiumque tacendo  
Prodiderat, sed cuncta solens infirma leuare  
Conditor obsessa pepulit de fauce latronem,  
Et voci patefecit iter, nexuque soluto  
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

quæ in Libano monte mirum in modum in sublimem crescit.

**P**ost oblatus. Iesus mutum insanum, eundemque dæmoniacum curauit: sed de quo hic loquatur mutus, non video: cum præsertim ponit particulam continuatiuam post, sed si ordinem non serues, potest intelligi de illo de quo Matth. xij. Lucæ. xj. Virtutem herilem, id est domini. Sermone carens, id est mutus. Vis mali clausa, scilicet dæmonis. Tacendo prodiderat vitium, scilicet per signa: quæ faciunt oppressi a dæmonibus. Latronem, dæmonem fauces illius occupantem; Nexu soluto, id est faucibus expeditis.

Post

## LIBER

**P**ost domin<sup>9</sup>. Cœnati Iesu in domo Pharisæi Maria unxit pedes, ab eo<sup>9</sup> est peccatorum suorum venia donata, ex Lu. ca. vii. Cœnæ Pharisæa conuiuia, id est Pharisæi, qui illum inuitauerat. Impertiuit se. i. cōmunicauit se. Mordebant stimulabant: quia male audiebat. i. infamata erat. Vestigia clementia, id est domini clementis. Incumbens. i. prona ad illius pedes. Lambere plantas. i. osculari. Fouens. i. ad resurrectionem inungens. Sententia dei læta, id est lætam faciēns mulierem, sicut e contrario Iuuenalis. De nobis post hæc tristis sententia fertur. Et est ordo, donec sententia læta Dei dixisset vade mulier: tua fides saluauit te ab omni malo: quod cunctis videris gessisse, p. parenthesim interposuit. Quæ non pœniter ferre manu: iuxta illud Job. xiiij. Operi manuum tuarum porriges dexteram. si pœniteat nos quæsisse veterem ruinam, i. incidisse in aliquam peccati fossam. Vtere pace mea. pro eo quod est vade i pace. Abscondi. i. si abscondatur. Trepidat. i. timet. Lauans subaudi se, quæ elegantius dicitur ego lauor: quæ ego lauor me. Deterfa. id est mandata suis capillis.

### ¶ Magdalena venia donatur.

**P**ost dominus Pharisæa petēs cōuiuia cœnæ orantis dapibus sese impertiuit amici. Tunc mulier, quam fama nocēs & plurima vitæ mordebant delicta suæ, clementia supplex corruit amplectens vestigia, quæq; profusis irrigat incumbens lachrymis, & crine soluto tergere nec cessat, nec sacras lambere plantas unguento fragrante fouens, sententia donec læta dei, quem ferre manum non pœnitet vnq; si nos pœniteat veterem quæsisse ruinam: vade fides mulier tua te saluauit ab omni dixisset, quod cunctis malum gessisse videris. Vtere pace mea, magna est medicina fateri quod nocet abscondi, quoniã sua vulnera nutrit; qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti. En polluta diu modicum purgata recessit per gemitum, proprijsq; lauans in gurgite fletus, munda suis lachrymis redit, & deterfa capillis.

**P**ost dominus Pharisæa petēs cōuiuia cœnæ orantis dapibus sese impertiuit amici. Tunc mulier, quam fama nocēs & plurima vitæ mordebant delicta suæ, clementia supplex corruit amplectens vestigia, quæq; profusis irrigat incumbens lachrymis, & crine soluto tergere nec cessat, nec sacras lambere plantas unguento fragrante fouens, sententia donec læta dei, quem ferre manum non pœnitet vnq; si nos pœniteat veterem quæsisse ruinam: vade fides mulier tua te saluauit ab omni dixisset, quod cunctis malum gessisse videris. Vtere pace mea, magna est medicina fateri quod nocet abscondi, quoniã sua vulnera nutrit; qui tegit, & plagam trepidat nudare medenti. En polluta diu modicum purgata recessit per gemitum, proprijsq; lauans in gurgite fletus, munda suis lachrymis redit, & deterfa capillis.

### ¶ Demoniacus liberatur.

**I**amq; Capharneę synagogã intrauerat vrbis rite docens populos, quæ cū vidisset iniquus humano sub corde latens, clamore proteruo spiritus infremuit, quid nobis & tibi (dicens)

**I**amq; Capharneę. Docente Iesu in synagoga, quæ erat Capharnaï: agnosens illum demonē: qui vexabat hominē, iustus est a Salvatore tacere. ex Marco. ca. iij. & Luca. iij. Iniquus spūs. i. demon. Infremuit. i. vociferat<sup>9</sup> est. Quid nobis & tibi. i. quid est tibi cōmune nobiscum? Quis sis. quia es Chrs. Semen Dei. te genitum a Deo patre. Imperio terrente. quia intermisit natus est illi Iesus: atq; imperauit, vt taceret: hoc est ne se apud multitudinem proderet,

## Q V A R T V S.

proderet. Auras vacuas. opinione vulgi, quod vacuum appellat illud, quod non est plenum corpore solido. Fecit finem. Quia cum exclusione demonium exclusit quoque morbos comitantes. Talem testem. scilicet improbum atque mendacem. Olim. scilicet cum primum creatus est, anteaque caderet. Amator mortis. non mortis simpliciter: sed eorum quae mortem consequuntur. Anguis nocens. qui sub an-

guis specie decepit mulierem. Illic. id est in solo ubi erat. Velamine carnis. id est sub specie humana. Gemit. dolet ex eo, quod hominum generi invidet: atque multo magis ex quo tempore carnem nostram suscepit. Dominum virtutis. id est tantae potestatis.

**D** Vmque Tyri. Venit Iesus in Phoenicem, ubi mutum et demum surdum sanitati restituit. ex Marco. ca. vii. Sidonia arua rursus, quae supra dixerat illum venisse in fines Tyri & Sidonis. Clausum gemino spiramine. id est habentem duo spiramenta clausa. hoc est gutture faucibusque: per quas loquimur: & auribus, quibus vocem trahimus. Non ore dabat. loquendo. Non aure trahebat. audiendo. Omnes fores patuere, scilicet os, atque aures: quae

Perdere nos heu Christe venis: scio denique quod sis,  
Et semen cognosco Dei: nec plura locutus  
Imperio terrente tacens, hominemque reliquit  
Pulsus, & in vacuas fugiens evanuit auras,  
Sic etiam variis finem languoribus esse  
Fecit, & exclusos semper reticere coegit  
Demones, ac talem prohibet se pandere testem,  
Olim quippe ferox, & nigrae mortis amator  
Ille nocens anguis deiectus culmine caeli  
Cum pompis, locisque suis, omnique nefandae  
Agmine militiae Christum, quem noverat illic,  
Conspicit in terris velamine carnis opertum,  
Et gemit esse homini dominum virtutis amicum.

¶ Mutus & surdus curatur.

**D** Vmque Tyri transgressus iter Sidonia rursus  
Arua legens placidas dominus calcavit arenas,  
Cura vit gemino misserum spiramine clausum,  
Qui vocem non ore dabat, non aure trahebat,  
Sydereque manus ruptis penetralibus omnes  
Attactu patuere fores, laetusque repente  
Audiri loquens, meruitque audire loquentes.

¶ Caecus illuminatur.

**T** V quoque virtutis sensisti munus herilis  
Procubens oculis, cuius in lumine Christus  
Expuit, & speciem simulatae mortis ademit,

sunt quasi quaedam ianuae. Attactu. id est pulsatione. Manus sydereque. id est Christi. Ruptis penetralibus. id est claustris: hoc est impedimentis.

**T** V quoque. In Bethsaida Galileae civitate dominus caecum illuminavit expuendo in illius oculos. Ex Marco Capite octavo. Tu quoque procubens oculis. id est, cui oculi procubuerunt: hoc est prociderunt. In lumine. id est in oculis. Mortis simulatae. quia cecitas est mortis similitudo.

Hinc

**H**inc maiora. Iesus in nauiculam conscendit: vnde populos docebat. Petrus vero cum retia in mare coniecisset, nihilque cepisset: iussus a Salvatore iterum iacere, magnam vim piscium extraxit. Ex Luca. cap. v. Nimis. i. plures. Stagna petit, scilicet Genesareth: quod alias stagnum Tiberiadis appellatur. In Simontis alno. Lego Simontis in alno: vt stet versus. Nā Simon penultimā

genitini producit. Alnum vero pro nauicula posuit per metonymiam. pro nauī facta ex alno arbore. Sistentem plebem. id est stantem. Firmabat, scilicet in fide suis sermonibus. Finis. id est finierat sermonem. Altius. id est in mare profundius claudere. id est in rete recludere. Labore vacuo. id est otioso & vano. Aquosis gentibus. id est piscibus in aquis viuētib9. Linea claustra. id est retia ex lino: quib9 pisces clauderētur nam claustrum a claudendo dicitur. Immanis captura. id est maxima. Vitigius. vi. añ. Posuitque immania tēpla. Sinus. id est retis receptacula. Turbaret. nā tanta fuit piscium vis: vt nauiculæ pene mergērentur. Naim, vt dicit Euangelista, duæ erant illic. Propensa vota. id est maxima. vt quod hic contigit de piscium multitudine: quod erat optandum: sed parum abfuit, quin onustæ nauiculæ mergerentur.

**T**alibus insignis. Cum venisset Iesus in ciuitatem Naim, vidit iuuenem afferri per portam: qui matris misericordia permotus mortuum vitæ restituit. ex Luca. cap. vii. Naim oppidum est distans a monte Thabor contra Meridiem duo millia passuum. Euseb. & Hiero. autores. Opimo populo. i. copioso. Grege discipulum, pro discipulorum. Afferre comin9. i. prope.

¶ Triste

¶ Multitudo piscium capitur.

**H**inc maiora docens populos cælestia, verū se referat sermone deū, turbasque sequētes, que nimis irruerant, cupiens vitare parumper Stagna petit, paruaque sedens Simontis in alno, Littore sistentem firmabat ab æquore plebem. Et dictis iam finis erat, tunc altius actam In pelagus iubet ire ratem, vastoque profundo Retia dimitti piscantia, quæ nihil omnem Claudere per noctem vacuo potuere labore, Simon paret ouans, & aquosis gentibus instans Linea claustra iacit, tantumque immanis apertos Impleuit captura sinus, vt præda redundans Turbaret geminas cumulado pisce carinas. Nam socia illic puppis erat: sic maxima sæpe Gaudia nos ferimus, propensaque vota timemus, Quodque deo facile est, hoies optare nec audent.

¶ Vnicus matris filius suscitatur.

**T**alibus insignis virtutibus ibat in urbem: Quæ sit dicta Naim, populo vallatus opimo Et grege discipulum, miserum cū cominus, ecce, Conspicit afferri iuuenem, gelidumque cadauer Pluribus exequijs & mani funere passum

## Q V A R T V S.

¶ Triste ministerium. Hemistichium est Virgilij, vi. ðñ. Sors inuida. Fortuna quæ visa est inuidere mulieri. Gemina vrna. Prima, in qua matricineres composuit: & altera in qua nunc filij compositura erat. Pietas inimica doloris. i. quæ non patitur miserum diu dolere. Parens dicto i. obediens. Virgil. i. Aeneid. Paret amor dicto charæ genitricis. Assurgit, ad verba loquētis surgit: alias assurgere est ad venientē honoris gratia surgere. Virgil. ij. Geor. Tmolus assurgit quibus & rex ipse Phaneus. Funere torpens. i. motu et sensu carens. Illicet. Festus sine dubio interpretatur. Virgil. ij. Aeneid. Illicet ignis edax. Vita p̄ sente. i. Christo: q̄ est via, veritas, & vita. Ioannis capi. xiiij. Agmine verso, s. domum vnde fun⁹ extulerat. Reciduo tramite. i. remēso. Pompa deponens luctum. i. vestes lugubres. Candida. i. sumptis vestibus candidis Reuocauit. i. reduxit. Fœlicem, cui tātum boni euenit.

Triste ministerium, cuius sors inuida matrem  
Iam dudum viduam gemina viduauerat vrna,  
Nec remorata diu pietas inimica doloris  
Auxilium vitale tulit, tactoq̄ feretro  
Surge ait iuuenis: parensq̄ in tempore dicto  
Mortuus assurgit, residensq̄, loquensq̄ reuixit,  
Atq̄ comes genitricis abit, nam funere torpens  
Illicet amissæ passus discrimina vitæ  
Non poterat famulus, domino clamante, tacere:  
Nec vita præsentem mori, mox agmine verso  
Deponens trepidum reciduo tramite luctum  
Candida fœlicem reuocauit pompa parentem.

¶ Magdalena a septē dæmonibus liberat̄.

**N**Ec tibi parua sal⁹, domino medicâte, Maria  
Multiplici lesum curauit vulnere sensum,  
Quam fera septenis rabies inuaserat armis  
Dæmonico cuneata globo: sed squāmeus anguis  
Imperiosa sacri fugiens miracula verbi,  
Corde tuo depulsus abit, volucresq̄ per auras  
In chaos infernæ lapsus penetrabile gehennæ,

**N**Ec tibi. Ex Marco. cap. xvi. et Luca.

ca. viij. quo pacto Saluator Magdalēnā a septē dæmonib⁹ curauit. Nā parua salus: imo magna: quippe q̄ p̄fecta est ab ipsa salute mūdi. Multiplici vulnere. i. septē animi pestibus: quas septē dæmones intulerāt. Quā inuaserat fera rabies cuneata. i. in cuneū instructa quasi militarē: nā cuneus agminis cuneati formā habet. Globo dæmonico. i. acie cōglobata & cōdēsata. Squāmeus anguis. i. demō: q̄ sub serpētis specie hoīem decepit. Miracula imperiosa. i. imperiū mirabile. Verbi sacri. i. Chri: q̄ est verbū patris. Lapsus. cadēs, siue descēdēs. In chaos. vbi nullus ordo: sed sempitern⁹ est horror. Gehēnc infernæ. hoc noīe Saluator n̄r primus inferos appellauit: alioqui Gehenna vallis Ennō interpretatur: quem locum Deus in libris Regum & in Hieremia se impleturum cadaueribus minatur: atq̄ inde Saluator noster allegoricos Gehennam locum pænarum, quas mortui subibunt, pulchre vocat. Septem gyros. ex Virgil

# LIBER

ex Virg. v. eñ. sumpt⁹ est hic versus. & p gyros et volumina, spiras intelligit  
**N** Eue redundātem. quo pacto Saluator dedit duodecim discipulis suis  
 facultatem eijciendi dæmonia & curandi morbos. ex Matth. cap. x. di  
 cit itaq;. Ne dominus sineret messem redundantē. i. copiosam. ex eodē  
 Matth. ix. messis, inquit multa: operarij autē pauci. i. multi sunt egroti: medici  
 vero pauci. Lan⁹

guere. i. agrotare.  
 Exiguus colonis. i.  
 paucis operarijs. &  
 est metaphora sum  
 pta ab agricolis.

Discipulos alios.  
 ordo & sensus est.  
 Saluator precipit a  
 lios discipulos p/  
 perare velut agnos  
 inter lupos sangui  
 neos. i. cruentos. et  
 p parēthesim. quo  
 rum fuit mens con  
 scia recti. i. iustitie:  
 & est hemistichio

Virg. j. xñ. & quo  
 rum fuit pura sim  
 plicitas. i. non stoli  
 da aut subdola. &  
 quorum fuit libra  
 aurea: aut statera  
 p quā significatur  
 iustitia, aut pond⁹  
 duodecim vnciaz  
 rū, vt referatur ad  
 numerū apostolo  
 rum. refulgens di  
 xit quia aurea. Di  
 cēs discipulis. quos  
 mittebat: assumi  
 te. &c. Sensus virtu

ris fidei: quia hæc potestas non pōt nisi ex virtute fidei prouenire. Scorpio  
 num inimica venena. vt stet versus lege: & scorpion inimica venena. Feritas. i.  
 ferarū sequitia. Nectm. hoc ex Luc. ca. x. sumptum: vbi dicitur. Ecce dedi vos  
 bis potestatē calcādi supra serpentes & scorpiones & sup omnē virtutē ini  
 mici: & nihil vobis nocebit: verūtamen in hoc nolite gaudere: quia spiritus  
 vobis subiūtur: gaudete autē quia noīa v̄ra scripta sunt in cælis, Spūs ater.  
 diabol⁹ gterno libro. i. in libro vitæ: de quo in Apoca. ca. xxi. Nō intrabūt, nī  
 si qui scripti sunt in libro vitæ. Ius Dei. i. lex diuina precipit. Preponere vi  
 tam factis. i. vitæ innocentiam miraculis. ex Matth. ca. vii. multi dicent in illa  
 die: dñe, in noīe tuo dæmonia eiecim⁹: & tūc cōfitebor illis, quia nō noui vos.  
 Discedite

Septē ingens gyros, septena volumina traxit.

¶ Potestatē discipulis summā a dño datā.

**N** Eue redūdātē cumulado germine messem

Exiguus dominus sineret lāguere colonis,  
 Discipulos alios (quorum mens conscia recti,  
 Puraq; simplicitas numero, meritoq; refulgens

Aurea libra fuit) velut agnos præcipit inter  
 Sanguineos properare lupos, assumite dicens

Iura potestatis, nullum metuatis vt hostem,

Vipereasq; minas, & scorpñ inimica venena.

Omnia virtutis sensu calcate fidei,

Nulla meis famulis feritas aduersa nocebit,

Nec tantum hoc gaudete viri, q; spiritus ater

Subiaceat vobis, quantum, q; nomina vestra

Scripti in æterno cælestis littera libro,

Ius est quippe Dei vitam præponere factis:

Nam merito cessante bono, miracula nil sunt,

Quæ faciunt plerūq; mali quibus arbiter orbis

Nescio vos dicturus erit, discedite cuncti

Artifices scelerum, rebus qui semper iniquis

Diuinum simulastis opus, sic tempore Mofæ

Carminibus quidam vanis Memphitis in oris

Signa dabant sponte Dei, sed imagine falsa

## Q V A R T V S.

Discedite a me oēs qui operamini iniquitatē. Bono merito. i. bonis operib⁹. Faciūt plerūq; malī, sicut Pharaonis sapiētes, qui p incantationes & ipsi fecerūt miracula. Exod. cap. vn. Arbitr orbis. i. mūdi opifex idēq; iudex. Nescio vos. ex Matth. vt dixim⁹ ca. vn. Tpe Mosæ. varijs modis declinat: sed hic p primā grēcā nostrāq; declinationē, Mosēs mosæ: sicut Anchises anchisæ.

Visibus humanis magicas tribuere figuras,

¶ Hydropisim curatam.

**P**ost Pharisæorū cuiusdam principis intrat  
Clarificare domum, non escam sumere tantū,  
Ad quam tunc facili conuenerat ipse precatu,  
Hic homo perspicuo distentus ventre tumebat  
Plenus aquæ, grauidamq; cutē suspēderat aluus,  
Inclusam paritura necē, iam membra fluebant  
Accrescente sinu, miseroseq; in fusa per artus  
Turgida per flatum macies tenuauerat ægrum,  
Inq; vteri spacium totus conuenerat hydrops,  
Non tulit hanc specie mundi pater, & sua trāsit  
Sabbata non curans, hominem curare paratus,  
Quem voluit esse suum, nam sabbata propter  
Cōdita sunt hominē, sed nō hō sabbata ppter:  
Tum pius humentem siccata corporis vnda  
Iussit abire luem: fluidus mox viscera morbus  
Deserit, & vacuæ resident in pectore fibræ,  
Carnalemq; lacum pestis lymphata relinquit.

Carminib⁹ varijs. incantatiōib⁹. Virg. Carmina vel celo possunt deducere lunam. Quidā. sapientes, vt dixim⁹, Pharaonis. In oris mēphitis. i. in terra menphitide. i. egyptia: vbi fiebāt ea miracula. nam Mēphis ciuitas ē Aegypti non longe a Babylone egyptia, q̄ nūc Cair⁹ dicit. Sponte Dei. i. permissione diuina. Sed imagine falsa. quia illi non erant veri serpentes: sed apparētes visui hominum.

**P**ost Pharisæorum. Quomō in domo principis Pharisæorum die sabbati curas

rauit hydropicū. ex Lu. ca. xiiij. Clarificare. illustrare: q̄a loc⁹ vbi aliqd̄ miraculū fit, efficit illustris. Ad quā domū siue escā, hoc ē cōuiuiū. Facili precatu. q̄a Saluator p̄cib⁹ dabat locū. Hō distat⁹. i. nō mō plen⁹, sed refert⁹. Alu⁹ suspēderat cutē grauida. subaudi aqua. i. vter ipse suspēs⁹ ē ex nimio tumore. q̄le est illud Persij: pinguis aqualicul⁹ p̄p̄eso sesquipedē extat. Paritura necē. i. mortē allatura. Et macies infusa p̄ art⁹. q̄a crescēte aluo decrescūt mēbra reliq;. & est hemistichiō Virg. ex. vi. q̄n. Thonosq; infusa p̄ art⁹ mēs agitāt molē. Tot⁹ hydrops. i. humor ille aque⁹. Nō tulit hāc speciē. i. hāc rei indignitatē. & est Virg. ij. q̄n. nō tulit hāc speciē furiata mēte Chorebus. Mūdi p̄r. i. creator. Trāsit. i. p̄fanat, trāsgredit⁹. Sua sabbata. nā in Exo. & i Leui. sua sabbata frequēter appellat. Non curās. repete iterū sabbata. Magis suū. subaudi q̄ sabbata. Propter hoīem. vt talidie cessaret a labore et vacare diuinis. Luē humētē. i. pestē illā ex nimio humore pueniētē. Morb⁹ fluid⁹. ad aq̄ naturā retulit. Fibræ. i. venę tenues, p̄ quas labit humor. Relidēt. i. cōtrahunt, cū antea p̄minerēt. Pestis lymphata. i. aq̄. Lacū carnalēq;. nā tres hydropis species sunt: tympanitis, ascitis, hyposarca, de qua nunc loquit: vñ subcarnea interpretat. Cœperat.

# LIBER

**C**oeperat, quod ingrediens in quoddam castellum, occurrerunt ei decem virileprosi, &c. Ex Luca, cap. xvij. Gerentes portenta maculosa, i. lepras varij coloris, vnde subdit, pena discolor, idest morbus: vnde in Leuitico genera leprarum ex colore distinguntur. Potestas, idest Christus qui est patris brachium: per quem operatur: & cui data est omnis potestas. Mattheica p̄. vltimo. In fit, idest, dicit.

**C**Vm̄q̄ viam. Ex eodem argum̄to sumpto ex eodem Euāgelista, Nihil variū, vt supra diximus, varij coloris: sed omnino erant vni coloria. Alternolumine, idest alternatim se aspicientes oculis, Reduci tramite, idest via illo reducete actiue: alioqui passionem significat, vt Virgilius primo Aenei.

Namq̄ tibi reduces socios classemq̄ relatā. Dominum virtutis, scilicet admiracula facienda. Vero sacerdoti: nā qui praecesserant figurati erant, puta Melcisedech, & Aaron Pontificum Princeps, idem est quod summus sacerdos. Adest, pro est: hoc est compositum pro simplici. Auct̄or gemini libaminis: idest institutor sacrificij: cuius materia duplex est: panis videlicet vinumq̄.

Munera, idest sacrificia. Ordine Melcisedech. Ex psal. cix. Tu es sacerdos in aeternum secundum ordinem Melcisedech. Quae sua sunt, non dantur: sed redduntur. Fructus segetis, idest panis. Et gaudia vitis, idest vinum, quod lætificat cor hominis. Ex psal. cix.

## ¶ Leprosos decem mundatos.

**C**oeperat interea dominus Galilæa per arua Trāsgrediēs sc̄tō q̄ddā pede tangere castrū Hunc procul, vt videre decem maculosa gerētes Leprosi portenta viri, quos corpore foedo Discolor obscœnis turbabat pœna figuris, Præceptor miserere, potes namq̄ omnia, Iesu Clamantes dixere simul, tunc flexa potestas, Quæ nunq̄ pietate vacat, clementior infit, Ite sacerdotum conspectibus ora referte.

## ¶ Vnius ex decem gratitudo.

**C**Vm̄q̄ viā peterēt, subito mūdata vicissim Mirantur sua membra viri, variūq̄ tuētes Esse nihil, sese pariter speculantur, & omnes Explorant proprias alterno lumine formas, Ex quibus, vt grates agerent pro munere tanto, Vix vnus reduci conuersus tramite pronus Sternitur ad terram, dominum virtutis adorans, Atq̄ sacerdoti vero sua protulit ora. Deniq̄ pōtificum princeps, summusq̄ sacerdos Quis nisi Christus adest, gemini libaminis autor Ordine Melcisedech: cui dant̄ munera semper Quæ sua sunt, segetis fructus, & gaudia vitis,

## ¶ Cæcum curatum,

Cum



## Q V A R T V S.

**C**um residens. Quomodo restituit integritati luminis Timæi filium a natali cæcū, ex Lu. ca. xvij. Propter illud iter. i. iuxta illud iter. Virg. in buc. propter aquæ riuum viridi procumbit in vlna. & est ordo. Cum vociferans neq; tacens populo prohibente illum tacere. Palpante manu. id est per tenebras explorante. Nullo docente. id est iter, per quod domū

**C**um residens cæcus Timæi filius illud  
 Propter iter, dñm per qđ cognouerat ire,  
 Vociferans crebro lumen clamore petisset,  
 Nec populo prohibente tacens, accedere iussus  
 Ad dominum palpante manu, visumq; recepit,  
 Et nullo docente redit, qđ fortiter instat  
 Importuna fides: quicquid res dura negarit,  
 Sola frequens votis oratio præstat honestis.  
 Vnanimen panem sic ille petebat amicum,  
 Qui foribus clausis per opaca silentia noctis,  
 Obnixeq; diu confidenterq; neganti  
 Vocibus assiduis precibusq; extorsit anhelis.

### ¶ Cum Samaritana collocutio.

**P**ræteriens viæ dominus loca Samaritanæ,  
 Humanum flagrante sitim collegerat æstu,  
 Fonsq; perennis aquę modicam desiderat vndā,  
 Ut biberet, qua corpus erat: tunc accola gentis  
 Stans mulier, paruū puteo, quę traxerat haustū,  
 Cum dare cunctatur perituræ munera lymphę,  
 Agnosceens propriā numeroſo coniuge vitam,  
 Orat inexhausti tribui sibi dona fluenti  
 Aeternam positura sitim, qua nemo carere

res nostros ipse portauit Isaia quinquagesimo quarto. Fons perennis aquę, de quo psal. trigesimo quinto: apud te est fons vitæ. & Isaia. xij. Hauretis aquas in gaudio de fontibus Saluatoris. Qua corpus erat: id est homo corporeus. Tunc accola gentis, quid si legas incolar? Paruum haustum, id est breuem vnam. Lymphæ perituræ: non qualis illa, de qua Saluator tunc dixit. Fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. Numeroſo coniuge, quippe quę viris quinque nupserat. Fluenti inexhausti, i. fluminis perennis

rediret, monstrante. Fides. q̄lis fuit in cæco. Res dura, id est difficultas, sic Virgilius. i. æneid. Res dura & regni nouitas. Votis honestis, non improbis, qualia sunt eorum, qui petūt bona fortunæ. Vnanimem amicum. Ex Luca cap. xj. Quis vestrum habebit amicum: & ibit ad illum media nocte. &c. Per opaca silentia noctis, id est per noctem silentē & opacam. Precibus anhelis, id est laboriosis.

**P**ræteriens, qđ Saluator cum iter faceret per Samariam: atq; ex via fessus ad puteū collecta siti sederet: cum muliere Samaritide collucut⁹ est multa. Ex Ioan. capite. iij. Humanā sitim, id est quā parte homo erat, vnde languores nostros ipse tulit: & dolores  
 E Gurgite

Gurgite Christi. i. baptisate spiritus sancti. Animæ. quoniam eo anima lauat  
Non corporis. quoniam effectus sacramenti non corpore, sed anima terminat.

**C**umq; sui. Quo pacto mulierem adulteram Saluator absoluit. ex Ioan.  
cap. viij. Cumq; residens. subaudi Saluator. Media testudine templi.  
Ex Virgi. j. æn. tū foribus diuē media testudine templi. Sui. i. sibi dicati.

Ore tonans patris.  
quia ipse verbum  
patris est. Ecce tra  
hebatur. versus est  
compositus ex duo  
bus hemistichis  
Virgilianis: primū  
ex secundo æneid.  
Ecce trahebat passis  
priameia virgo.  
alterum ex. j. æn. ma  
gna iuuenum stis  
pante caterua. La  
pidanda. Ex lege  
Mosis Leui. capi.  
xx. Sistes. statues.  
Omnibus illis. qā  
illorum comparas  
tiōe mulier iustior  
est inuenta. Saxum  
missile. i. mittendū.  
Feriens contagia  
mœchæ. i. mœchā:  
quæ malo exēplo  
aliarum peccauit.  
Festucā parua. ex  
Matthæi. capit. viij.  
Quid vides festu  
cam in oculo fra  
tris tui, & trabem  
in oculo tuo non  
vides? Quisquam  
illorum accusato  
rum. Vellere festu

Dignus erit, domini nisi merfus gurgite Christi  
Percipiat placidas animæ, non corporis, vndas.

¶ De muliere mœcha.

**C**umq; sui residens media testudine templi  
Ore tonans patrio, directi ad peruia callis  
Errantem populum monitis conuertit amicis.  
Ecce trahebatur, magna stipante caterua,  
Turpis adulterij mulier lapidanda reatu,  
Quam pharisæa man<sup>9</sup> placido sub iudice sistēs,  
Cum damnare parat. plus liberat omnibus illis.  
Nam simul e turbis proprio sine crimine nullus  
Accusator erat, saxum qui missile primus  
Sumeret obscœnæ feriens contagia mœchæ.  
Nec poterat quisquam festucam vellere parua  
Ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem  
Sciret inesse trabem: profugus sic ille recessit  
Impetus, & clemens donat sententia culpam,  
Iam non peccandi sub conditione solutam,  
Nam vomitum quicumq; suū canis ore relābit,  
Nec veterē studet hic veniā, nec habere futurā,  
Huius dāna tenens, huius compendia perdens.

ca. i. damnare peccatum leue. In proprio lumine. t. oculo suo. Grādem trabē.  
i. maius peccatū. Impetus. s. Pharisæorum furibundus conatus. Clemēs sen  
tentia. i. clementis iudicis censura. Donat culpam. i. remittit peccatū. Sub con  
ditione. nam mulieri Saluator dixit. vade & iam amplius noli peccare. Nam  
vomitū. hoc sumptū est ex Prouerb. cap. xxvj. Sicut canis (inquit) qui reuer  
titur ad vomitū suū, sic imprudens, qui iterat stultitiā suam. Canis ore. i. ad  
morem carnis. Veterē veniam. quoniam illā perdit, & non est dignus venia fu  
tura, si peccauerit. Dāna huius. i. veniæ præterita. Perdens cōpendia huius. i.  
futura veniæ, & posuit compendia pro vtilia: sicut dispēdia sunt detrimēta.

Inde

## Q V A R T V S:

**I**nde means. Quomodo Saluator cæcum a die genituræ sue restituit luci. **I**ex Ioan. cap. ix. Inde. i. a templo vbi cum Phariseis disputauit. Genitum cæcum. i. natum. Male dilapsus. i. infœliciter ortus. In lucem siue luce. i. in hanc vitalem auram sine lumine oculorum. Conditor sanguinis humani. i. generis. Virg. Nec puerum nostri generis nec sanguinis edunt. Origo. i. principiū. Membra imperfecta. i. orbata lumina. Propriū operis. i. hoīs, quem creauit. Natale lustum. i. connaturale, quia homo ex lusto factus est: vnde et Adam dictus ab adama: quod ex hebreo terra interpretatur. Per claustra gena. i. palpebrarū. quæ sunt quasi ianue oculorum. supplet. in id quod deest apponit. De semine veteri. id est, ex materia: de qua primū creatus est.

### ¶ Cæcum a natali restitutum.

**I**nde means genitum cernit considerare cæcū,  
**Q**ui male prægnatis dilapsus ventre parentis  
 In lucem sine luce ruit: tunc sanguinis ille  
 Conditor humani, mundiq; orientis origo,  
 Imperfecta diu propriū non passus haberi  
 Membra operis, natale lutū per claustra genarū  
 Illiniens, hominem veteri de semine supplet.  
 Nec visum tamen ante capit, quam voce iubētis  
 Accepta domini Siloam venisset ad vndam,  
 Et consanguinei fons medicamine limi  
 Pura oculos fouisset aqua, mox ergo gemellæ  
 Vultibus effulgent acies, tandemq; merentur  
 Ignotum spectare diem, cognoscite cuncti  
 Mystica, quid doceāt animos miracula nostros,  
 Cæca sumus proles miseræ de foetibus Euaë,  
 Portantes longo natas errore tenebras:  
 Sed dignante Deo mortalem sumere formam  
 Tegminis humani, facta est ex virgine nobis  
 Terra salutaris, quæ fontibus abluta sacris  
 Clara renascentis reserat spiramina lucis,

Ad vndā Siloam vade, inquit, dominus & laua in natorio Siloe: & subdit Euangelista q̄ interpretatur missus. Limi consanguinei. i. eiusdē nature, vt dixit, Fouisset. i. recreasset, lauissetq;. Gemellæ acies. i. orbes oculorum.

lorumpares. Effulgent vultibus. i. in facie splendēt. Ignotum diem. i. solem: quem nunquā viderāt. Cognoscite cuncti. ad cognoscendū allegoriā hortatur. Nā per cæcum intelligimus genus humanū: qđ iam inde ab initio mundi tenebris inuoluti a via recta declinauimus. Sed dignante Deo. qñ venit plenitudo tēporis, cū misit Deus filiū suū natū ex muliere: factum sub lege: vt eos, qui sub lege erāt, redimeret. Ad Gal. ca. iii. Tegminis humani. Ad Philippenses. ca. ij. In similitudinē hominū factus: & habitu inuentus, vt homo, humiliauit semetipsum. Terra salutaris. i. Chri humanitas, quæ salutē attulit. Abluta fontibus sacris. i. baptisate a peccato originali mūdara: nō in Christo, sed in nobis, qui cum illo sumus vnū corpus mysticū. Reserat spiramina clara. i. fenestras aperit. Lucis renascentis. i. ex cæcitate restituta.

E η Bethaz

**B**ethaniæq; solum. Quo pacto precibus sororum permotus Iesus Lazarum ex quatruido mortuum vitæ restituit. ex Ioanne capite vndecimo. Bethaniæ solum. Villa, siue potius vicus erat Lazari, sororumq; eius secundo a Hierosolymis militario montis Oliueti. Autor Eusebius. Occidua sorte. quia statutum est hominibus semel mori. Sepulchri marmo-

more. id est marmoreo sepulchro. Exhalabat. spirabat. Populatio præsens. id est Iudæi, qui venerant vt sorores consolarentur: & posuit improprie populationem, pro populo. Sed corpore. id est quaerat homo: nõ qua Deus erat. Artus exanimis. i. Lazarum mortuum. Dolebat illa pro parte, scilicet humanitate, quam assumpsit. Impleuit amicum. id est sparsit Lazarum, quem amabat. Quid moraris credere? nam videbatur subdubitare cum Christo pollicenti fratris suscitationem respondit, scio quod resurget in nouissimo die. Quid ve Maria gemis? prostrata ad pedes Saluatoris. Dubitatis. deest particula interrogandi ne, vel an

vt sit sensus, an dubitatis quod Christus, &c. Tuba. quia voce magna clamauit. Lazare veni foras. Tartara dissiliunt: id est inferi dehiscunt. Erebi recessus. id est inferorum penetralia. Lethale chaos. i. mortis locus. Lex perit. quia contra legem mortis Lazarus ab inferis est reuocatus. Medullas. i. corporis loca, vbi est animæ sedes. Cadauer viuens. non quod cadauer viuat: sed quod cadauer quod fuerat mortuum, nunc viuat homo: Post honorem sepulchralem, id est post exequias in honorem defuncti peractas. Ipse sibi. ordo est. moriens recreatus extat sibi posthumus & heres. id est sibi ipsi successor & superstes: nam posthumus est, qui mortuo patre nascitur. Extat. id est permanet.

Vtq;

¶ Lazarum mortuum vitæ restitutum.

**B**ethaniæq; solum repetens intrarat, ibiq; Lazarus occidua tumultus sorte iacebat. Iam quarto sine luce die, claususq; sepulchri Marmore corruptum tabo exhalabat odorem. Flebant germanæ, flebat populatio præsens. Flebat & omnipotens, sed corpore non deitate. Exanimisq; artus illa pro parte dolebat. Qua moriturus erat, lachrymisq; impleuit amicum Maiestas dñi, quid credere Martha moraris? Quid ve Maria gemis? Christus dubitatis amicum Possit ab infernis hominem reuocare cauernis, Qui dabit innúmeras post funera surgere turbas? Ergo vbi clamantis domini sonuit tuba dicens, Lazare perge foras, magno concussa pauore Tartara dissiliunt, Erebi patuere recessus, Et tremuit lethale chaos, mortisq; profundæ Lex perit, atq; anima proprias repete medullas Cernitur ante oculos viuens astare cadauer. Postq; sepulchralem tanq; recreatus honorem, Ipse sibi moriens, & posthumus extat & heres.

## Q V A R T V S.

**V** Vtq; caduca. Quod Iesus Lazaro suscitato venit Hierosolymas, vbi magnifice fuit susceptus acclamantibus cunctis: osanna filio David. ex Mat. ca. xxi. & Ioã. ca. xij. Vtq; caduca. Ordo est. vt Chrs mōstraret se Deū, nō sulcauit iter puluereū equo, sed a fello parui præcip. &c. Contēnens culmina. i. supbiã. Sæcli vagi. i. fluctuātis in hoc magno mari & spaciofo. Mōstraret se Deū cōtē

nēdo ea, q̄ ab hominib; magni estimātur. Currib; altis. more triūphantiū. Quadrigis rapidis. i. quatuor eqs sub curru iunctis. Iter puluereū: quia puluis excitat equorū cursu. Equi frementis hinnientis. Virg. i. geor. tuq; o cui prima fremētē fudit equū. Pictus & ostro. i. stragulo purpureo. & est Virg. iij. gn. Ostroq; insignis & auro stat sonipes: & frena ferox spumantia mādīt. Lēto gestamine: quia asin; in gressu lētus est. Virg. i. geor. tardi costas agitator aselli. Rectori. sessor.

**A**fino inuectus ingreditur Hierosolymas.  
**V** Tq; caduca vagi contemnēs culmina sæcli  
 Monstraret se rite Deū, non curribus altis  
 Qui pōpæ mortalis honos, rapidisq; quadrigis  
 Puluereum sulcauit iter, nec terga frementis  
 Ardua pressit equi, phaleris qui pictus & ostro  
 Ore cruentatum mandenti concutit aurum,  
 Sed lento potius gestamine vilis aselli  
 Rectori suffecit honos, leuis vngula cuius  
 Vt tanto sessor decus mirabile portans  
 Nobilior sub fasce foret, non illius impar,  
 Qui patulo Christum licet in præsepe iacētem,  
 Agnouit tamē esse Deum, plebs omnis adorans  
 Insolito molles subiecit tramite uestes,  
 Dicite gentiles populi, cui gloria Regi  
 Talis in orbe fuit: cui palmis compta, vel vnquā  
 Frondibus arboreis laudem cælestibus hymnis  
 Obuia turba dedit, domino nisi cū patre Christo,  
 Qui regit æthereū princeps in Principe regnū:

Leuis vngula. atqui asellus (vt dixit) tardus est: quomodo igitur nūc leuis dicitur? sed posuit leuis pro vilis, vt supra. Foret nobilior sub fasce. i. qd̄ gestatio illa Christi honorifica esset ipsi asino vehenti. Fascem vero posuit pro onere. Virg. in buc. Ego hoc te fasce leuabo. Non illius. s. asini: alluditq; ad illud Esa. cap. i. Cognouit bos possessorem suum: & asinus præsepe domini sui. quando est impletum in eo quod scribit Euangelista: q; reclinavit Iesum recens natum in præsepio: quia non erat locus in diuersorio. Qui patulo in præsepe. Lego patula: vt stet ratio grāmaticæ. nam hæc præsepis. is. dicit: vt apud Catonem & Varronem sæpe. Insolito tramite. i. insueto: quia nunq; tale aliquid est factum in honore hoīs mortalis. Cui Regi: ac si dicat nulli. Cui. subaudi regi. Turba compta. i. ornata siue coronata palmis, vel frondibus arboreis. Obuia. i. in occursum procedens. Dedit laudem hymnis cælestibus. i. soli Deo debitis. ac si dicat. Nulli nisi Christo domino nostro per redēptionē. Cum patre. cui equus datur honos. Qui princeps s. pater. Regit regnum æthereum. In Principe. i. in filio: per quem omnia creauit: & in quo oīa moderatur: ipso dicente. mihi data est omnis potestas in celo & in terra.

E in Has

# LIBER

**H**As intervirtutis. Quod ante sex dies Paschæ, quo tempore habitu triumphali intrauit Hierosolymas, adstantibus discipulis & alijs ex populo, Iesu dicente, pater clarifica me ex hac hora: venit vox de cælo dicens: & clarificavi, & iterum clarificabo. ex Ioan. cap. xij. Inter virtutis opes, i. diuinæ potentie miracula. Domini gloria, i. dominus, vt ita dixerim, gloriosus. Carnē mortalem, i. hominem moriturum. Viuam, i. immortalem post resurrectionem. Nō aliam sed eandē numero, quale est illud Iob. Quē visurus sum ego ipse & non alius. Ideo subdit. Sed eam quam plenam lucis munere, i. gloriæ. Quoniā resurrexit glorificatus: nec iam amplius moriturus: et sic ascendit in celū. Fuit tempus quo aliter legēdū fuisse putabā: repugnante syllaba, nā legēbam ab inferni lucis, nō animaduersa carminis ratione. Cælo assertore i. voce de cælo descēdente: & iunxit genus masculinū neutro: sicut illud tempus repertor. Suū autore, i. conditorē omnium rerū. Noīe patris, i. cū filius illū patrē vocauit. Suo verbo, id est filio.

**A**Nnua tūc facta. Quod Iesus a cæna surgens depo-

suit vestes & accepto linteomisit aquam in peluim, & cepit lauare pedes discipulorum. ex Ioan. capite. xij. Celebrans. s. Christus cum discipulis suis. Paschales dapes, i. agnum illum Paschalem. Ex more, iuxta legis præceptū.

Exodi. xij.

## CAELI SED VLLI

mirabilium diuinorum.

Liber Quintus.

¶ Christum a patre clarificatum.

**H**As intervirtutis opes iam proxima paschæ Cœperat esse dies, domini cū gloria vellet Ponere mortalem, viuamq; resumere carnem, Non aliam, sed rursus eam, quam munere plenā Lucis ab infernis releuans ad sydera duxit. Exclamansq; palam: Pater ista memet in hora Saluifica: sed in hanc ideo veni tamen horam, Clarificāq; tuum (inquit) nomen, magnaq; cælo Vox resonans venit per nubila, clarificavi, Clarificabo iterum, quid aperti⁹ est patre teste, Cælo assertore: at nec sic agnoscere Christum Gens voluit Iudæa Deum, pars esse ferebat Hoc tonitrum, pars angelicā crepuisse loquelā. O gens cæca oculis, o gens durissima corde, Num potuit tonitrus Christū, seu angelus vllus Autorem genuisse suum, qui nomine patris Audito responsa daret: sed ab ore tonantis Natū agnoscētis (populus, quo crederet adstās) Vox emissa suo respondit consona verbo.

¶ Lauat discipulorum pedes.

**A**Nnua tunc sacrę celebrās p̄ munera cœnę Paschales ex more dapes, hūilēq; ministrū

# Q V I N T V S.

Exodi. xij. Per officia annua: quia phase quottannis celebratur. Assurgit. a  
coena surgit. Tantum honorē. quantus erat Christi Dei hominisq;. Nec Ius  
dam. quia & ipsi quoq; pedes lauit. Illa gloria. i. q; Christus tibi pedes laue  
rit. Nil dabit. pro nō dabit. Sensu. i. mēte. Velut omne sepulchrū. ex eo q; Sal  
uator comparat hypocritas sepulchris a parte exteriori de pictis. ab interio  
ri scatentibus ver  
mibus.

Se faciens, & grata suis exempla relinquens,  
Assurgit, famulisq; libens famulatur, & omnem  
Linteolo accinctus tantum inclinavit honorem,  
Discipulis vt sponte lauans vestigia cunctis,  
Nec Iudam exciperet, quem prodicionis inique  
Nouerat autorem; sed nil tibi gloria sæue  
Traditor illa dabat pedibus consistere nudis,  
Qui sensu pollutus eras, velut omne sepulchrū  
Exteriora gerens albæ velamina formæ,  
Sordibus interius, fœdoq; cadauere plenum.

¶ Iudæ prodicionem infectatur,

**N**ec dominum latuere doli, scelerisq; futuri  
Prodidit autorem, panem cui tradidit ipse,  
Qui panis tradendus erat: nam corporis, atq;  
Sanguinis ille sui postq; duo munera sanxit,  
Atq; cibum potumq; dedit, quo perpetere nunq;  
Esurient, sitientq; animæ sine labe fideles,  
Protinus in Iudam, sedes vbi liuor habebat,  
Spiritus intrauit teterrimus, armaq; sumens  
In dominum seruire dedit consurgere bellum,  
Pectus grande nefas parua mercede: neq; illi  
Culpa datur precio, sed inhærent crimina factō.

Quo perpetere, id est continuato illo cibo & potu, nam perpes siue perpetuū  
significat aliquid continuatum. Fideles sine labe, id est sine peccato. Protin⁹  
in Iudam, ait namq; Euāgelista: & cum accepisset Buccellam, introiuit in eū  
Sathanas. Liuor habebat sedes, id est habitabat inuidia: quæ fuit illum pro  
dendi causa. Arma sumens in dominum, id est consilia rebellandi & desidens  
di a domino. Virgilius. ij. æneidos. & querere conscius arma. Bellum seruire,  
quod serui mouent contra dominos: qualia fuerunt multa apud Romanos:  
Illi precio, scilicet, paruo, quia non in precij quantitate est culpa: sed in factō.

E iij ¶ Tantun⁹

# LIBER

¶ Tantundem sceleris. ordo est, sumēs terdena numismata argenti. i. triginta argenteos, cecatus paruo munere: tantundem sceleris gessit, quantum gesturus erat, si caperet cūcta regna. &c. Aethram. i. ætherem: alias ether. is. est splendor. Sufficerent. s. ademptionem. Qui pater est mundi. i. creator. Hunc nasci. idest per quem & in quo est creatus. Atq; vtinam sterili, ex eo sumptū est quod Euangelista scribit Christum dixisse de proditore. v̄g homini illi per quem filius hominis tradetur: bonumerat ei si natus non fuisset homo ille. Sterili matre. i. q; genitus nō fuisset. sed quomodo damnatus si nō est: nimirum quia hoc ipsum nō fuisset: malum est. vt ille apud Ciceronem in Thusculanis argumentatur. Nec luminis huius. ex Virgil. i. qñ. auras vitales carpis. Flabris vitalib9. idest spiritibus a flādo dictis: in quib9 est hominis vita. Torpore. i. mot9 & sensu priuatiōe. Sors melior. idē, sed alijs verbis dicit. Aut male fusus. i. infeliciter natus: in terra positus ex antiquorum consuetudine, qua recens nati in terra sistebantur & tum leuabatur: vnde est dea Leuana. Augu. in. iij. de ciuita. Vt v̄etus. Ex Psal. i. accepta est hæc cōparatio. Actus. excitat9 & cōmotus. Volatibus rapidis. i. volucris ventis. Obscurior v̄bris. ob pulueris spissitudinem. In vacuas nebulas. in aeris inanitatē: in qua nebulę cōsistunt. Tu ne cruente. acerbe inuehit in proditorē appellās illū multis infamię nominib9. Præuius comitaris. at contraria sunt præire & comitari. sed stare p̄nt simul diuersis rationib9: nā quia præcedit ducens alios est præuius: quia iungit se centurioni est comes. Ore ora præ

Tantundem sceleris terdena numismata sumēs,  
 Argenti paruo cecatus munere gessit,  
 Quantum cuncta simul terrarū regna, marisq;  
 Diuitias, omnemq; vagis cum nubibus æthram  
 Si caperet, gesturus erat: neq; enim bona mundi  
 Sufficerent magni fuso pro sanguine Christi,  
 Qui pater est mūdi, qui fecerat hūc quoq; nasci.  
 Atq; vtinam sterili damnatus matre, nequisset  
 Natalem sentire diem, nec luminis huius  
 Hausisset placidas flabris vitalibus auras,  
 Aeterno torpore latens, miseroq; fuisset  
 Sors melior nescire datam, quam perdere vitam.  
 Aut male fusus humo confestim munera lucis  
 Perderet, vt puluis, quem ventus proijcit ingens  
 A facie terræ, rapidisq; volatibus actus,  
 Spargitur in vacuas nebulas obscurior v̄bris.  
 Tu ne cruenta, ferox, audax, insane, rebellis,  
 Perfide, crudelis, fallax, venalis inique,  
 Traditor immitis, fere proditor, impie latro  
 Præuius horribiles comitaris signifer enses:  
 Sacrilegamq; aciem gladijs sudibusq; minacem  
 Cum moueas, ore ora premis: melliq; venenū  
 Inseris, & blāda dominum sub imagine prodis:  
 Quid socium simulas, & amicum fraude salutas?

Augu. in. iij. de ciuita. Vt v̄etus. Ex Psal. i. accepta est hæc cōparatio. Actus. excitat9 & cōmotus. Volatibus rapidis. i. volucris ventis. Obscurior v̄bris. ob pulueris spissitudinem. In vacuas nebulas. in aeris inanitatē: in qua nebulę cōsistunt. Tu ne cruente. acerbe inuehit in proditorē appellās illū multis infamię nominib9. Præuius comitaris. at contraria sunt præire & comitari. sed stare p̄nt simul diuersis rationib9: nā quia præcedit ducens alios est præuius: quia iungit se centurioni est comes. Ore ora præ



## Q V I N T V S.

ora premis, idest oscularis. Sub imagine blanda, sub osculo: quod est signū pacis. Pax non coniurat in enses, idest nuncq̄ pax & bellum possunt stare simul. Porrigit oscula, sed aperta fronte adoritur.

**T** Raditus, q̄ Petrus amputavit auriculam vni ex satellitibus noie Malcho, quam Iesus illi restituit. &c. ex Matth. cap. xxvi. Consuetam opem, quia semper miseris opitulari cōsuevit. Puerō. i. seruo principis sacerdotum, nam puer pro seruo frequenter accipitur etiam in sacris litteris. Vindicta humana, idest more hominū ex petita. Qui millia, ordo est: qui posset patrem poscere dari sibi duodecim milia legiones angelicas: ex corrupta loquendi consuetudine, pro duodecim legiones milenos milites continentes: aut ternos milenos. Ponere animam, quod solus Christ⁹ potuit facere: iuxta illud Ioan. cap. x. Potestatem habeo ponēdi animam meam: & iterū sumēdi eam.

Nuncq̄ terribiles aut pax coniurat in enses,  
Aut truculenta pio lupus oscula porrigit agno.

¶ Malcho auriculam amputatā restituit.

**T** Raditus ergo viris operator sanctius iniquis  
Consuetā non liquit opē, pueriq̄ reuulsam  
Ense Petri, ne qua pius a pietate vacaret,  
Reddidit auriculam: neq̄ enim vindicta tonanti  
Conueniens humana fuit, qui millia patrem  
Angelicas sibi met legiones poscere posset  
Plus duodena dari, si mallet sumere pœnas  
De meritis, quam sponte suas ignoscere plagas,  
Tunc parci mucrone iubet, quia venerat ipse  
Ponere pro cunctis animam, non tollere cui quā.

¶ Tres Petro negationes prædicat.

**I** Amq̄ Petro clara iam dudum voce fatenti  
Cum dñō se velle mori, prius aliger (inquit)  
Quam gallus cantet, hac me ter nocte negabis:  
Non reprobando fidem, sed prædicando timorē.

¶ In domum Caiphæ deducitur.

**C**ontinuo ad vastas Caiphæ deducitur ædes,  
Ille sacerdotum fuerat tunc deniq̄ princeps,  
Et princeps scelerū, nāq̄ hoc residente cathedra.

q̄ ter erat illum negaturus anteq̄ gallus cantaret. Ex Matth. cap. xxvi. Fatenti, profitenti. Gallus aliger, ad differentiam Galli sacerdotis Cibeles: aut viri ex gallia. Non reprobando fidem, idest non tam vt reprobet: quam vt prædicando timorem inuicibilem confirmet.

**C**ontinuo. Quod Iesus ducit ad domū principis sacerdotū, qui vocabatur Caiphās, apud quē in simulatur a falsis testibus, ex Matth. ca. xxvi. Vastas ædes, amplas. Princeps scelerū, is enim dixerat: expedit vt vnus homo moriatur pro populo. Cathedra pestifera, ad illud psalmistę respicit. In cathedra

# LIBER

pestilentia non sedit: & subintelligitur, in. prepositio. Concilium agitatum, congregatum & commotum. Mendacia conflata, falsa testimonia conficta. Labellis vanis, id est mendacibus. Virg. j. æneid. Vanis docuere parentes, quod Seruius exponit pro mendacibus. Leuitate sua, quia non constant sibi ipsis, & subdit similitudinem: velut ignis oberrans stipulas rapit, Cui, scilicet igni.

Materies infirma, qualis est arenarum stipularum. Rapit vires, id est subtrahit. Cremandi summa, i. maxima quæq;: si contingeret sibi solidior materia. Victo furore, primo illo impetu. Gloria deformis, quia breui momento euanescit.

**P**ostq; nulla dolis patuit via, brachia tolli  
 Armata in insentem sæu' furor; heu mihi quãtis  
 Impedior lachrymis rabidum memorare tumultum  
 Sacrilegas mouisse manus, non denique passim  
 Vel colaphis pulsare caput, vel cedere palmis,  
 Aut spueri in faciem plebs execranda quieuit,  
 Ille tamen patiens subiecto corpore totum  
 Sustinuit, nostraq; dedit sua membra salutem.  
 Nam p' hos colaphos caput est sanabile nostrum,  
 Hæc sputa per dominum nostram lauere figuram,  
 His alapis nobis libertas maxima plausit.

Subiecto corpore, i. exposito ad oia ludibria nostræ salutem, iuxta illud Esaiæ, cap. lxiij. Veræ languores nostros ipse tulit: & dolores nostros ipse portauit. & quæ sequuntur. Libertas plausit nobis, id est arrisit: cum antea essemus in seruitute.

**A**t senior, cui cuncta potens prædixerat auctor, & dominum ter negauit, ex Matth. ca. xxvi. & est ordo. At senior negauit semel bis & ter, se prorsus esse socium ipsius: & posuit adesse posse: hoc est compositum simplici: & p' p' parenthesim interposuit, quoniam quod Christus ait, i. dixit, nequiuit,

Pestifera, falsis agitatum testibus ardet  
 Concilium, iam iamq; volant mendacia mille  
 In dominum vanis hominum conflata labellis,  
 Et pereunt leuitate sua: velut ignis oberrans  
 Arentes stipulas, vires cui summa cremandi  
 Materies infirma rapit, victoq; furore  
 Labitur inualidæ deformis gloria flammæ.

¶ Iesum colaphis & palmis caesum,

**P**ostq; nulla dolis patuit via, brachia tolli  
 Armata in insentem sæu' furor; heu mihi quãtis  
 Impedior lachrymis rabidum memorare tumultum  
 Sacrilegas mouisse manus, non denique passim  
 Vel colaphis pulsare caput, vel cedere palmis,  
 Aut spueri in faciem plebs execranda quieuit,  
 Ille tamen patiens subiecto corpore totum  
 Sustinuit, nostraq; dedit sua membra salutem.  
 Nam p' hos colaphos caput est sanabile nostrum,  
 Hæc sputa per dominum nostram lauere figuram,  
 His alapis nobis libertas maxima plausit.

¶ Petrum ter negasse Christum,

**A**t senior, cui cuncta potens prædixerat auctor,  
 Quæ ventura foret, quoniam transire nequiuit  
 Infectum, quod Christus ait, se prorsus adesse

## Q V I N T V S.

nequiuit. id est non potuit esse infectum. id est non factum. Sanctio. id est decretum & statutum. Sensus redire: qui fuerant sopiti: quod Euangelista dicit, recordatus est Petrus verbi Iesu. Memor malorum. scilicet quod Christum abnegauit. Damnauit opus immemoris. id est poenituit illum, quod fuerit oblitus promissi. Delicta cadunt. id est vincuntur. Fletus amari. ad illud quod Euangelista dicit. & egressus foras fleuit amare.

Ipsius e socijs semel, ac bis, terque negauit,  
Et gallus cecinit, completa est sanctio Christi,  
Et sensus redire Petri: memor ille malorum  
Immemoris damnauit opus, gemituque sequenti  
Culpa fugit: caduntque lachrymis delicta profusis:  
Et dulcem veniam fletus genuit amari.

¶ Iesus ducitur ad Pilatum, & Iudas  
se suspendit.

**I** Amque dies aderat nocturna moestior umbra  
Flagitium visura nouum, tenebrisque remotis  
Pandeat populis Iudaeae crimina gentis,  
Mox igitur dominum Pilati ad moenia ducit  
Nexibus astrictum, Iudas ut vidit iniquus,  
Dirigit, scelerisque sui commercia reddens,  
In cassum facti precium non facta reliquit,  
Quid nam etenim prodest illic trepidare timore,  
Nullus ubi timor est: aut quae confessio tetro  
Lucet in inferno: cum iam demersa securis  
Arboris infandae radicibus, exitialem  
Quae peperit fructum, feralia germina vertat.

nodis colligatum. Dirigit. id est obstupuit. Commercium sceleris. id est triginta argenteos prodicionis precium: quod commercium est mercium commutatio. In cassum. id est in vanum. Reliquit. apud Principes sacerdotum in templo. Non facta. id est prodicionem factam. Trepidauerunt timore. ex Psalm. xix. quoniam illic trepidauerunt timore ubi non erat timor, quasi dicat, tunc oportuit Iudam timere, cum aggrediebatur scelus: quia timor est perturbatio de malo futuro. Confessio in inferno. ex Psalm. vi. In inferno quis confitebitur tibi? Demersa securis. id est impacta radicibus. ut arbor procumbat. ex Matthaei capite tertio. Iam securis ad radicem posita est. omnis arbor: quae non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Vertat. id est evertat. Feralia germina: unde mites fructus debuit germinare: & produxit feros. iuxta illud Esaiæ quinto. An quae expectaui, ut faceret vinas & fecit labruscas?

Mala

# LIBER

Mala robora. Iuuen. sterilis mala robora fici. Mente furoris. i. consilio furioso. Petit se morte. i. consciscit sibi mortē. Tunc sanior esset. Ac si dicat tūc fuit infanior: cum properauit vlcisci scelus. Angens. i. constringens. Guttura. ap. positue vocis iter. Virgi. vdxq; vocis iter. Infœlicem animam. i. se in fœlicē. Lenior ira. i. vindictę appetitus: id quod præcedit, p eo quod sequitur. Sublime cadauer. i. in aere

repens. De quāto culmine lapsus. i. de quanto dignitatis gradu cadēs. Pridē. id est, olim. Nunc reus. s. crimine proditionis. Apostata. i. deficiens & absistens a dño ei9: cui obsequidebet: ab apostateo, quod est absisto.

**A**T dominus. quod Iesus stās ante p̄sidis tribunal accusatur lesæ maiestatis, q̄ dixisset se Iudeorum Regē. ex Matth. cap. xxvii. Mitissimus agnus. iuxta illud Esaia. cap. liij. Sicut ouis ad occisionem ductus est, & quasi agnus corā tondente se obmutescet. Mendax. i. cohors Iudæorū: quia patrem habet mendacem. Ioan. cap. viij. Verum ducit pro crimine. quia Rex erat: sed accusatur

veritatis: iuxta illud Iuue. accusator erit. qui verum dixerit: hic est. Imperiū negat. detrectet. Idola. recte produxit penul. tametsi alio in loco posuit eandem breuem: & quod hebræi coluerunt idola, plenum est vetus instrumentum. Dilexit lucos. id est sylvas arborum alicui Deo consecratas: quod a Deo prohibetur Exod. cap. xxxiiij. Confringe, inquit eorum statuas: lucosq; succide, & Deutero. cap. viij. Lucos succidite & sculptilia: & sæpe in alijs locis horum lucorum meminit Baal: qui & Bel & Beel frequenter in sacris literis appellat: a quo populū Israel adulteratum dñs frequenter conqueritur.

Barabbam,

Funditus, & dignis pereant mala robora flāmis.  
Continuoq; trucis correptus mente furoris  
Se quoq; morte petit, tanq; tunc sanior esset,  
Cum scelus vlcisci præcurreret, ipsaq; diræ  
Guttura vocis iter, cuncti quæ vendere mundi  
Ausare redemptorem, nodatis faucibus angens,  
Infœlicem animam laqueo suspendit ab alto,  
Lenior ira quidem tanto pro crimine culpæ,  
Cunctorum cui nulla foret par pœna malorum.  
Exitus hic mortis tamen, & sublime cadauer  
Ostendit populis, quanto de culmine lapsus.  
Pridem discipulus, qui nunc reus, alta relinquens  
Sydera, tartareum descendit ad vscq; profundum  
Tunc vir apostolicus, nūc vilis apostrata factus.

¶ Obiectum Christo q̄ se Regem dixit.

**A**T dñs patiens cum præsidis ante tribunal Staret, vt ad iugulū ductus mitissim⁹ agn⁹, Nil inimica cohors insonti sanguine dignum Reperiens, Regem q̄ se Rex dixerat esse Obijcit, & verum mendax pro crimine ducit. Nec mirum si iura Dei gens impia vitet, Imperiumq; neget, semper quæ idola adamauit, Dilexit lucos, similitinam modo furentes

## Q VINT V S.

Barabbam, qui erat insignis latro, seditiosus & homicida. & est notanda literatura. q̄ per vnum. r. scribitur, & accentus acutus in penultima. Iuueno. Pilatus donat plebi legioq̄ Barabbam, interpretatur namq̄ filius patris: autore Ambrosio super Lucam. In hebreo tamen autore Hieronymo super Matth. Barrabas hoc est filius magistri legitur. Sententia Pilati. postulans

tibus Iudæis. Per vtrumq̄. s. per Iesum & Barabbam Autor mortis. q̄ homicida erat Barabbas. Autor lucis. id est vite Christi. Credite passum pro cunctis. iuxta illud Esa. lxiij. Vulneratus est propter iniquitates n̄as. & illud. Propter scelera populi mei percussi eum. & c.

Tunc coluere Baal, nunc elegere Barabbam,  
Damnatoq̄ pio, conseruatoq̄ proteruo,  
Mutauit per vtrumq̄ viam sententia iustam,  
Autor mortis erat, iussus qui sumere lucem,  
Autor lucis erat, iussus qui sumere mortem.  
Credite iam Christū, pro cunctis credite passum.  
Quid dubitatis adhuc? en sectus terga flagellis,  
Subditis opprobrijs, pœnas amplectitur omnes,  
Nec dignus sentire necem, ceu latro periret.

¶ Iesus ad patibulum ducitur.

**H**eu falx torua patrū segetē cæsura nepotū.  
**H**eu facinus Pilate tuū, quot gesseris vno  
Crimina iudicio, vigili si mente notares,  
Nec solas lauisse manus, sed corpore toto  
Debueras sacrum veniæ expectare lauacrum,  
Corripis in fontem, sistis sub præside Regem,  
Præponis humana Deo: qua morte teneris,  
Qui dominū numerosa cruci post vulnera figis?

¶ Ludibrio Christus exponitur.

**C**Vm q̄ datus seuis ad pœnā sanctus abiret  
Militibus, vilem rubri sub tegmine cocci  
Vestitur chlamydem, species vt cuncta cruentæ

illud respicit, quod scribit Euangelista: sanguis eius super nos & super filios nostros: Sacrum lauacrum, baptisma, quod te totum ablueret. Corripis, ad mortem rapis. Sub præside. id est sub te, qui præses es, Post vulnera, quia flagellatum crucifigendum dedit.

**C**Vm q̄ datus, q̄ milites quibus traditus est Iesus crucifigend⁹, induerunt eū chlamydem coccineā: & plectentes coronam de spinis posuerunt super caput eius: & arundinē in manus eius collocauerunt. Ex Matthei. cap. xxvij. Vilem chlamydē, nō potuit esse vilis. i. patui precij: si chlamys erat & si coccinea, sed vilis exponendū est: in vilipendiū Christi adhibitam:

¶ Mortis

¶ **Mortis imago.** quia mors illa cruenta erat. ideo induitur veste coccinea. sic Virg. v. xñ. Purpureosq; iacit flores. ad imitationem (inquit Seruius) sanguinis: in quo est anima. Amplum caput. honestū: vnde & amplitudo pro honore. Spineta nostrorū laborū. iuxta illud Esaiæ. Vere languores n̄os ipse tulit: & dolores n̄os ipse portauit. Harundo. pro sceptro: quod mundi huius

ius designat leuitatem. Mobile. qualis est harundo. Alienus habitus. chlamyde. s. illam purpuream. Propriū amictum. quod significabat. quia de positurus erat carnem humanam: & postea resumpturus. Item. p̄ iterū. Nil iam mutabile. quia resurgens cū corpore glorificatus iam non est moriturus. Ponēs carnem mortalem. & subaudi resūmēs eandem immortalem. quæ quidē est tegmen humanū: sub quo diuinitas latet.

¶ **N**ec sine. Q. d. posteaq; Iesus perductus est in Caluarie locum. porregerūt ei felle vinū admixtū quod cū gustasset:

noluit bibere. ex Matthæi capite. xxvñ. Sine diuino moderamine. videlicet. vt adimpleretur illud Psal. lxxvñ. dederunt in scam meam fel: & in siti mea potauerunt me aceto. quod etiam significabat. q̄ breui tempore mortē erat degustaturus. Tristem saporem. i. amarum. Virgilius. j. Georg. tristes luptinos dixit: quod Seruius exponit amarus. Necem amaram. Eccles. capite. xli. O mors quam amara est memoria tua. Carne reduci. restituēda simul & glorificanda: nam reduces dicuntur a periculo liberati. Contemnere mortem. quia mors illi ultra non dominabitur. Ad Romanos. cap. vi.

¶ **P**rotinus. q̄ Iesus crucifixus est: quæ cum fuerit nocentium pœna ignominiosa. in Christo nobilitata est. ex Matthæi. ca. xxvñ. Patuli ligni. in aperto positi & expansi. Mutans iram religione: nisi mēdum aliquod subest: hoc in loco vult significare qd̄ crux. quæ solebat esse ignominiosa seruorū pœna ab iratis dominis inflicta. nūc mutata est in honorificā religionē.

F u i t

**Mortis imago foret, spinis circumdedit amplum  
Nexa corona caput, quoniam spineta benignus  
Omnia nostrorum susceperat ille malorum.**

**Implet harūdo manū. sceptrū, quia mobile terre  
Inualidum fragile est, vacuū, leue: mox alienos  
Deponēs habitus, proprium suscepit amictum.  
Scilicet humanæ positurus tegmina carnis,  
Et sumpturus item nil iam, vt mutabile ferret:  
Post mortem propria cum maiestate resurgens  
Humano ponens mortalem tegmine carnem,**

¶ **Fel Christo porrectum,**

**N**ec sine diuino constat moderamine gestu,  
**Q**uod vinū cū felle datū, tristemq; saporē  
**S**uscipiens tetigit labijs, & ab ore remouit,  
**Q**uippe necem paruo degustaturus amaram  
**T**empore, quā reduci cōtemnere carne pararet.

¶ **Iesum Crucifixum,**

**P**rotinus in patuli suspensus culmine ligni,  
**R**eligionē pia mutans discriminis iram

## Q V I N T V S.

Fuit pax crucis, id est conciliauit nobis crucē. Vnde & nos predicamus Christum crucifixum: Iudæis quidem scandalum: gentibus autem stultitiā. Violenta robora, id est crucem ex robore, quæ mortem violentam inferre solebat. Illustrans, id est clariorem faciens. Pœnam vestiuit honore, id est, quod antea erat ignomina: conuersum est in honorem. Esse colēdam, ex eo, scilicet,

Pax crucis ipse fuit, violentaq; robora membris  
 Illustrans proprijs pœnam vestiuit honore.  
 Suppliciumq; dedit signum magis esse salutis,  
 Ipsaq; sanctificans in se tormenta beauit,  
 Ne ve quis ignoret speciem crucis esse colendā,  
 Quæ dominum portauit ouans, ratione potēti,  
 Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis  
 Splendidus autoris de vertice fulget Eous.  
 Occiduo sacra lambuntur sydere plantæ.  
 Arcton dextra tenet, medium leua erigit axem,  
 Cunctaq; de membris viuit natura creantis,  
 Et cruce cōplexū Christus regit vndiq; mundū.

¶ Titulus in cruce tribus linguis,  
 Et sortitio vestium.

**S**cribitur & titulus. Rex hic est Iudæorum.  
 Quo nihil a deitate vacet, nā coelitus actum  
 Hoc hebræa refert, hoc græca, latinaq; lingua,  
 Hoc docet vna fides. vnum ter dicere Regem.  
 Huius in exuuijs fors mittitur, vt sacra vestis  
 Intemerata manens a Christo schisma vetaret.

gnificaretur causa, cur sit affixus cruci: id q; Græce, Hebraice, & Latine: quæ omnes tres linguæ Hierosolymis erant notæ: & q; milites sortiti sunt vestes Christi, ex Matth. ca. xxvii. Quo nihil vacet, id est, vt omnia sint plena diuino mysterio. Nam coelitus actum, i. diuinitus hoc gestum est: vt in nomine Iesu omne genu flectatur: celestium, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, q; Christus est in gloria patris, ad Philip. ca. ii. Ter dicere Regē, i. tribus linguis, Hebraica, in qua est scripta religio. Græca, in qua sapientia humana. Latina, in qua potentia Romana: quæ omnia in Christum collata sunt. Intemerata, i. integra & non discissa: nam cū milites vellent illā inter se diuidere, dixerūt: nō scindamus eā, sed sortiamur de illa, cuius sit, Schisma, i. diuisionem: a schizo, quod est scindo: non vt vulgus nunc loquitur scisma.

q; omnia complectitur. Quans, triūspahans cū Chro victore. Ratione potēti, id est efficaci & maxima. Colligit, id est cōplectit. Orbis quadrati, i. in quatuor mundi cardines diuisi. Eous, i. oriens: vnde et Eos aurora. De vertice, fulget, perinde ac si Christus cruci applicitus omnia cōtineat foueatq;. Occiduo sydere, i. sole occidenti, Lambuntur, tanguntur leuiter. Arctō, partem Septentrionalem. Medium axē, id est Meridionale polum. Cūcta natura, id est, omnes res naturales, hoc est celum et omnia, quæ sub celo sunt.

**S**cribitur & titulus, q; Pilatus præcepit scribitur titulum: in quo si-

Quin

**Q**uin etiam. Quod duo latrones cum Christo sunt crucifixi. ex Matthei capite. xxvij. In soniti. idest cum innocente. Cruentos viros. idest homicidas. Meritum vnum. idest causam cur paterentur. Similis sententia: quia omnes tres sunt condemnati: sed ex diuersis causis. Mundo sunt rei. idest toto mundo. ideo morte sunt digni ob multa illorum crimina. Reus mundus. idest obli-

gatus & iusta seruitute obnoxio ppter redemptionem. Non perdidit iura potestatis. quia cum sit a Deo constitutus iudex viuorum & mortuorum Actuum. cap. x. Alterum absoluit, & alterum condemnavit. Tuens. intuens. Examine præcelso pensans. translatio ab his sumpta, qui in statera appendunt. Virgilius in viro bono. Iusto trutinæ se examine pensat. Nec morte reliquit. ex Virgil. vi. æneidos. Ferox non ipsa in morte relinquit. Dictis proprijs, idest suis, & tali persona dignis. Setiger hircus. idest qui vestitur non lana, sed setis. Similitudo est: nam quemadmodum hircus infigit dentem venenatum viti: ita & hic latro

in Christum. Virgilius. ij. Georgi. Duricq; venenum dentis & admorso signata in stirpe cicatrix. Vitem amœnam. i. Christum, qui se vitem voluit appellare. Ioan. cap. xv. Ego sum vitis vera. Saucia lumina. i. morientia lumina habens in humum deiecta. Lumina nam geminas. ex Virgilio. ij. æneidos. de Cassandra. Quem errantem. ex Luca capi. xv. de oue quæ aberravit ex grege eentum ouium. In campos paradise tuos. paradysus hortus interpretatur: sed per paradysum intelligimus statum innocentie: in quo primi parentes sunt creati: & in paradiso voluptatis a Deo positi: vnde p pectm deiecti sunt.

Gramineus

**¶ Duo latrones cum Christo crucifixos.**

**Q**uin etiã in soniti latere ex utroq; eruetos  
 Constituere viros. meritũ licet oibus vnũ  
 Non faciat similis quamuis sententia: namq;  
 Inter carnifices sancto pendente latrones,  
 Par est pœna trium, sed dispar causa duorum.  
 Hi mundo sunt quippe rei pro crimine multo.  
 Huic reus est mundus saluatus sanguine iusto,  
 Supplicijq; tantum rerum dominator in ipsis  
 Iura potestatis non perdidit: æquus vtrumq;  
 Iudex namq; tuens, hũce legit, hũc reprobauit.  
 Amborum merita præcelso examine pensans.  
 Vnus enim, quẽ vita ferox nec morte reliquit,  
 In dominum scelerata mouens conuicia dictis  
 Mordebat proprijs, & tanquam setiger hircus  
 Ore venenato vitem lacerabat amœnam,  
 Alter adorato per verba precantia Christo,  
 Saucia deiectus flectebat lumina, tantum  
 Lumina, nam geminas arcebãt vincula palmas,  
 Quem dominus ceu pastor ouẽ deserta per arua  
 Colligit errantem, secumq; adducere gaudet  
 In campos paradise tuos, vbi flore perenni



## Q V I N T V S.

¶ Gramineus ager, perstat in trāslatione. Antiquū colonū. primū parētē: quē Deus posuit in horto voluptatis. quid si legas: antiquus serpens, iuxta illud Apoca. cap. xij. Draco ille magnus serpens antiquus: qui vocat̄ diabolus. In gemit, quia inuidia diaboli mors introiuit in orbem terrarū. Variū facinus. alter. s. pessimū facinus. alter præclarū facinus. Diuerso calle. i. tramite: quāq̄

Gramineus blanditur ager, nemorūq̄ voluptas  
Irriguis nutritur aquis, interq̄ benigne  
Conspicuos pomis non deficientibus hortos  
Ingemit antiquum serpens habitare colonum,  
Ambo igitur variū diuerso calle latrones  
Aggressi facinus, violentum grande patrarunt.  
Infernas adit ille fores, adit iste supernas.  
Ille profunda petēs, penetrauit claustra gehēnē,  
Abstulit iste suis cælorum regna rapinis.

¶ Solem obscuratum.

**I**Nterea horrendæ subito venere tenebræ,  
**E**t totum tenuere polum, mœstisq̄ nigrantē  
**E**xequijs texere diem, Sol nube coruscus  
**A**bscondens radios tetro velatus amictu  
**D**elituit, tristemq̄ repleuit luctibus orbem,  
**T**ota sibi oppositum fratrem quod Delia haberet,  
**C**um suberat terris, super ille in culmine cæli,  
**I**mpia perpetuam timuerunt secula noctem.  
**H**unc elementa sibi metuerunt cernere vultum  
**A**uxilijs orbata patris, lætata per ortum,  
**M**œsta per occasum, nam lux vt tempore fulsit  
**N**ascentis domini, sic hoc moriente recessit,  
**N**on absens mansura diu, sed mystica signans  
**P**er spacium secreta suū, quippe vt tribus horis  
**C**æca tenebrosi latuerunt sydera cæli,

rat terris. quia si tūc plena erat luna: quod videlicet quartadecima die mēsis pascha celebratum est: necesse quoq̄ fuit Solem hora diei sexta esse in culmine cæli: & lunam in angulo noctis mediæ. Elementa. Sol cum cæteris mundi elementis. Cernere sibi. q. d. induere sibi vultum lugubrem. Auxilijs patris. i. Christi: qui est Sol iustitiæ. Lætata per ortum. quia tempore natalis lux orta est mūdo Lucæ cap. secūdo. Quod statim declarat dicēs. nā lux vt tempore fulsit nascentis domini. Non diu mansura absens. quia tantum per tres

ille qui tēdit ad inferos latro sit: q̄ ad superos arctus. ex Matth. cap. viij. Grā de violētum. i. grā de violētiam. quia malus latro p̄ violēta latrocinia sua descendit ad inferos. bonus latro p̄ violētiam ascendit ad superos. Ex Matt. ca. xj. Regnū cælorum vim patit: & violēti rapiāt illud.

**I**Nterea. Quod a sexta hora vsq̄ ad nonā tenebrę factę sunt sup̄ vniuersam terram. ex Matth. capi. xxvij. Mœstis exequijs. i. quasi in exequias funerales. Texere diē. i. diei lucē operuerūt. Tetro amictu Virg. i. georg. Cū caput obscura nitidū ferrugine textit: & q̄ subdit. impiaq̄ gternā timuerūt secula noctem. Delia. luna a Delo insula: vbi cū Apolline est nata. Suberat

F horas

# LIBER

horas obscuratus est Sol: quod significabat per tres tantum dies Saluatorem in sepulchro permansurum.

**N**ec tellus. Quod domino moriente factus est terremotus. ex Matthei cap. xxvii. Talia cernens. id est tam indigna. Sine dubio. nam visa est natura dubitare de suo fine, cum ipse Deus naturæ pateretur. Supremum modum. i. finem.

Summus apex petens inferna. i. Christus: qui est in summo rerum omnium apice constitutus. Cogere omnem molem. i. omnia traheret secum ad inferos. Autotē. subaudi suum: per quem omnia facta sunt. Per tartara. q. d. in antiquum chaos confunderetur. Vagas umbras: ex more poetarum loquitur: qui faciunt animas per inferos vagari. Restituens perditam. i. non tam ut consistentia linqeret: quam ut perditam restitueret.

**N**ulla tamen. Quod quauis elementa sunt mota suo auctore moriente: qui fixere Christum cruci, non sunt permoti: quin potius acetum illi porrexerunt. ex Matthei capite vigesimo septimo. Cum peteret sitiens, quod factum est cum Iesus dixisset. Sitio. Ioannis capite decimo nono. Peniculo. Euangelistæ spongiam dicunt infusam aceto illius ori appositam. Sed peniculi auctore Felto Pompeto dicuntur spongiæ longiores propter caudæ similitudinem: nam penis caudam significat. Manzeribus populis. id est nothis, siue spuris: & ex fornicatione procreatis. quasi velit dicere illegitimis: & est manzer hebraica dictio. Conueniens liquor. Et in quo sit conueniens statim subiungit. Gens accepta Deo. Deuteronomi capite septimo. Te elegit Deus: ut sis ei populus peculiaris. Propago odiosa. id est genus hominum Deo, atque proinde gentibus inuisum.

Sic dominus clausi triduo tulit antra sepulchri.

¶ Terræ motum fuisse in morte Christi.

**N**ec tellus sine clade fuit, quæ talia cernens fuditus intremuit, dubioque in fine supremum Expauit natura modum, ne cogere omnem Summus apex inferna petens succubere mole, Autoremque sequens per tartara mundus abiret. Sed pietas immensa vagas propterabat ad umbras, Perdita restituens, nec consistentia linqens.

¶ Acetum porrectum sitienti.

**N**ulla tamen tanti metuerunt signa periculi, Qui dominum fixere cruci, qui insuper haustum Cum peteret sitiens, vnus de plebe nefanda Peniculo infusum calamo porrexit acetum. Manzeribus populis in deteriora volutis, Conueniens liquor ille fuit, nam dulcia vina, Sicut in horrendum dum conuertuntur acetum, A mensis proiecta iacent, sic tempore prisco Gens accepta Deo, nunc est odiosa propago.

Ergo vbi

## Q V I N T V S.

**E**rgo, vbi cuncta. Quod mortuo Christo multa corpora sanctorum resurrexerunt: & venerunt in sanctam civitatem: & alia miranda, quae tunc contigerunt. ex Matth. cap. xxvij. Dimisit animam. ex Ioan. cap. x. Potestatem habeo ponendi animam: & potestatem habeo iterum sumendi eam. Mortuus. quantum attinet ad humanitatem. Vivus. quantum ad diuinitatem: quod ipse statim declarat.

### ¶ Miracula in morte Christi.

**E**rgo, vbi cuncta boni completa est passio Christi, Ipse animam proprio dimisit corpore sanctam, Ipse iterum sumpturus eam, quia mortuus idem, Idem vivus erat, membris obeuntibus in se, Non obeunte Deo: cuius virtute retrorsum Infernae patere viae, ruptaeque patefcunt Diuisa compage petrae, rediuisa iacentum Corpora sanctorum fractis abiire sepulchris In cineres animata suos, subitoque fragore Illud ouans templum maioris culmina templi Procubuisse videns ritu plangentis alumni, Saucia discisso nudauit pectora velo, Interiora sui populis arcana futuris Iam referanda docens, quia lex velamine Mosae Tecta diu, Christo nobis veniente patefcit,

### ¶ Inuehitur in mortem.

**D**ic vbi nunc tristis victoria? dic vbi nunc sit Mors stimulis horreda tuis: quae semper opimis

plum hoc: & in tribus diebus excitabo illud. Procubuisse. i. mortuum esse. Nudauit pectora. translatio sumpta ab his, qui in funere suorum scindunt vestimenta: & tundunt pectora palmis. Interiora sui. i. adyta: vbi erat arca testimonij. Exodi. cap. xxvj. Facies, inquit, velum: intra quod pones arcam testimonij: quo & sanctuarium, & sanctuarium sanctuarij diuidentur. Lex tecta velamine Mosae. aut lex Mosae: quae tecta erat velo: sicut & arca testimonij: quo scisso arcana patuerunt. aut de velamine intelligit: quod Moses ori praerendit: de quo Apostolus in epistola priore ad Corinth. cap. iij. Non sicut Moses ponebat velamen super faciem suam, &c. Veniente nobis. i. causa nostra

hominem assumens. quid si legas. nobis moriente. **D**ic vbi nunc: In morte, quae generi humano dominabatur ante Christi passionem, inuehitur. Ex prima Corinth. capite. xv. Absorpta est

F n̄ (inquit)

Mēbris, carne. Pastuere retrorsum. ita vt animae quae apud inferos erāt collocaetae: possent duce Christo redire ad superos. Petra. sepulchrorū. s. Diuisa compage. i. lapidū sepulchri iūctura. Rediuisa. i. vitę restituta. Iuena. Rediuisus pullulet arca nūmus. Subitoque fragore. ex ruptura veli, vel potius superliminae ris. vt in Euāgelio Matth. hebraice legitur. superliminare tēpli scissum est. Illud templū ouās. s. quod fuerat a Salomone extructum: applaudens Christo morienti. Maioris tēpli. i. Christi: qui se tēplū quoque appellauit cum dixit Ioan. capite secundo. Soluite tēplum

(inquit) mors in victoria: vbi est mors victoria tua: vbi est mors stimulus tuus: stimulus mortis peccatum est. &c. & est ordo. O mors horrenda tuis stimulis: dic vbi nunc est tua tristis victoria: tristis inquam ab effectu: alias leta est. Horatius primo sermonū. Cita mors venit, aut victoria leta. Instaurata, renouata & repetita. Opimis. i. copiosis. Pœnali. quia mors peccati fuit pœna. Non tu per-

uenis ad Christū, quasi ad inuitū. nā oblat⁹ est quia ipse voluit: vnde subdit. Sed Chrs peruenit ad te. s. volens. Sine morte: quia mors illi ultra non dominabitur. Ad Rom. cap. vi. Culpa genitrice. quia subdit stipedium peccati mors. Semine vipereo. quia ppter inuidiā diaboli est introducta cū in specie serpentis. Euan deceptit. Venia regnante. i. misericordia. Deique nobis largitur veniam.

**I**am spūs. Qd mortuo Chro cum latus illius fuisset perforatū, cōtinuo exiuit sanguis & aqua. vnde sacramenta ecclesie vim habēt. ex Ioā. ca. xix. Ad tempus. quo resumpturus erat die tertia. Fur-

ror arma ministrat. ex Virg. i. Aeneid. Hęc sunt. ordo est hęc tria sunt munera vite nostre. scilicet corpus, sanguis, & aqua. prima Ioā. cap. v. hic est qui venit per aquam & sanguinem. Templum deitatis. i. Corinth. iij. Nescitis qđ templum Dei estis. Tenuis. i. pauperes & indignos. Capaces tanto māfore. id est dignos, in quibus per gratiam Christus inhabitet.

**E**Rgo, vbi. qđ Chri corp⁹ mādatū est sepulture: & quid Iudei fecerint circa eius custodiam timentes ne surriperetur a discipulis. ex Matth. cap. xxvii. Loc⁹ ille nobilis. monumētū, qđ Ioseph vir nobilis exciderat in petra: vbi ipse mortu⁹ sepeliret. Thesaurū amplū. i. honorificū vlt pot⁹ magnū. nobilior. qđ maior fuit glia sepulchri resurgētē reddētis: qđ fuisset retinētis.

¶ Augebat

Instaurata malis cunctas inuadere gentes  
Pœnali dictione soles, cum pessima non tu  
Peruenis ad Christum, sed Christus puenit ad te,  
Cui licuit sine morte mori, quicq; omnia gignēs,  
Omnia constituens, te non formauit, vt esses,  
Semine vipereo culpa genitrice crearis,  
Et venia regnante peris

¶ Ex Chri latere sanguinē cū aqua fluxisse.

**I**am spiritus artus

Liquerat ad tempus, patulo iam frigida ligno  
Viscera pēdebāt, et adhuc furor arma ministrat.  
Cuspide perfossum volat latus, eq; patenti  
Vulnere purpure⁹ cruor, & simul vnda cucurrit.  
Hęc sunt quippe sacræ pro religionis honore  
Corpus, sanguis, aqua, tria vitæ munera nostræ,  
Fonte renascētes membris & sanguine Christi,  
Vescimur, atq; ideo templum deitatis habemur,  
Quod seruare Deus nos annuat immaculatū,  
Et faciat tenues tanto māfore capaces,

¶ Christi corpus ponitur in sepulchro.

**E**Rgo (vbi thesaurū positi iā corporis amplū  
Nobilis accepit domino locus ille iacente,  
Nobilior surgente tamen) generatio fallax

## Q V I N T V S.

¶ Augebat nefas, cum potius debuerit admissorum poenitentiam agere. Discipulos. s. quod discipuli raperent Christum. i. rapturi essent: & referrent. id est dicituri essent. Abiisse. i. surrexisse die tertia. Munimina. id est defensores & custodes. Obsidione. more illorum, qui arces aut oppida obsident. Si nondum. Pendet sensus vsq; in locum illum: peioribus actos. &c. Vincula crucis. qui

Augebat sub corde nefas, quod nocte silenti  
Discipuli Christum raperent, & abiisse referret,  
Ter redeunte die, sicut praedixerat ipse,  
Quo stimulante metu vigilum munimina poscunt  
Plura dari, saevaque locum obsidione teneri.  
Si nondum, post vincula crucis, post vulnera ferri,  
Post obitum mortis numerosa caede cruentum  
Carnificis implestis opus, nec creditis illum,  
Qui toties imis animas produxit ab umbris,  
Posse suam reuocare magis, peioribus actos  
Consilijs armate dolos, signate sepulchrum,  
Ponite custodes, monumento aduoluite saxum.  
Quis poterit seruare Deum, cui cardine rerum  
Cuncta patet: vnde habitat: per tartara regnat:  
Et caeli de nube tonat: quid saeue tumultus  
Excubijs deperdis opus: quid niteris illam  
Explorare fidem, cui non vis credulus esse:

¶ Christi resurrectio.

**C**oeperat interea post tristia sabbata foelix  
Irradiare dies, culmen qui nominis alti  
A domino dominante trahit, primusque videre  
Promeruit nasci mundum, & resurgere Christum,  
Septima nam genesis cum dicit sabbata, claret  
Hunc orbis caput esse diem, quem gloria Regis

**C**oeperat. Quo pacto Saluator tertia die, posteaque passus est, resurrexit a mortuis. ex omnibus Euangelistis. Tristia sabbata. id est post dies tristes. nam sabbatum aliquando pro die quocumque accipitur. vt Luce. capite decimo octauo, Ieiuno bis in sabbato. Quid si legas post tertia sabbata: Culmen alti nominis. id est dignitatem: quippe qui denominatur dominicus a domino. Mundum nasci. quia tali die mundus est creatus: in eodemque Christus resurrexit. Genesis. qui liber est primus legis. cuius. cap. 1. legitur: compleuit Deus die septimo opus suum: quod fecerat: & requieuit die septimo. &c. Caput orbis. i. principium. Gloria regis. i. Rex glorificatus.

F in Fulgore

bus. Christum cruci affixistis. Vulnera ferri. clauorum & lancee. Opus carnificis. qui solet danaos plectere. Peioribus consilijs. subaudi, quibus illum prius morti tradidistis. Cardine rerum deest praeposito in aut ex. vt sit in cardine rerum: aut ex cardine rerum. hoc est ex ipsi mundi penetralibus, quibus orbis innititur. Per tartara. iuxta illud psalmodi. si descende ro in infernum, ades. Et caeli de nube. imitatur Lucanum in. j. pharsala. Tarpeia de rupe tonas. De perdis opus tumultus. i. tumultuosum. Excubijs. excubando vigilas ad custodia sepulchri. Explorare fidem. Volens experiri certitudinem rei: cui non es fide adhibiturus.

# LIBER

Fulgore trophæi. idest triumphii: cum more triumphantium præferens sanctorum animas resurrexit. Primatum. vt sit primus in ordine dierum. Virgo parens. hoc non dicunt Euangelistæ. Ioannes Mariam Magdalenam tantum dicit venisse. Matthæus adiungit alteram Mariam, Marcus duabus adiungit tertiam. Messis aromatica. ad illud quod scribit Marcus. quod Maria

Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata: vt venientes vngerent Iesum. Nocturno. Ioannes, cum adhuc tenebræ essent. ceteri Euangelistæ diluculo mulieres ventisse ad monumentum scribunt. Plenum virtute. id est miraculis, quæ non poterant nisi diuina potentia fieri. Ab astris. de cælo, vt inquit Matthæus. Amoti. quod ipse angelus amouerat: non quod resurgente Christo fuerit reuolutus: vt pictores effingunt. nam quid attinet Christum in gloria sua resurgentem euoluere lapidem sepulchri? Angelus. vt Matthæus & Marcus dicunt, vnus.

Nunc etiam proprii donans fulgore trophæi  
 Primatum retinere dedit, hoc luminis ortu  
 Virgo parens, aliæque simul cum munere matres  
 Messis aromaticæ noctu venere gementes  
 Ad tumulum, vacuūque vident iam corpore factū,  
 Sed plenum virtute locum, nam missus ab astris  
 Angelus amoti residebat vertice faxi  
 Flammeus aspectu, niueo vestitus amictu.  
 Qui gemina specie terrorem ac gaudia portans,  
 Cunctaque dispensans, custodibus igne minaci  
 Venerat, in formam Christum quærentibus albam,  
 Illæ igitur dominum calcata viuere morte  
 Angelica didicere fide: perterritus autem  
 Miles in ancipiti retinet discrimine vitam,  
 Deserta statione fuga, testisque timoris  
 Vera refert gratis, postquam data munera fallit,  
 Discipulumque globum placidi sub tempore somni  
 Clam sibi nocturna Christum abstraxisse rapina  
 Compositus simulator ait, fare improbe custos,  
 Responde scelerata cohors, si Christus, vt audes

vt Lucas & Ioannes, duo. Flammeus. Erat enim (vt scribit Euangelista) aspectus eius sicut fulgur: & vestimentum sicut nix. Gemina specie. scilicet terribili in custodes sepulchri milites. nam præ timore eius exterriti sunt custodes. Et gaudia. discipulis & mulieribus. Cuncta dispensans. idest distribuens. scilicet hos deterrens, illos consolans. Igne minaci. idest fulgure illius. Calcata morte. id est superata. iuxta illud prophætæ. Ero mors tua o mors: morsus tuus inferne. Statione deserta. idest vigilia & custodia. Gratis. idest non accepto munere. Postquam data munera. scilicet a Iudeis: quia vt scribit Euangelista, Principes sacerdotum grandi pecunia milites corruerunt, vt dicerent discipulis Christum fuisse subreptum ipsis dormientibus. Compositus simulator. idest subornatus, & ex composito falsum testimonium proferens. Improbe custos. In falsum testem inuehitur instans coniecturis. Productus. subreptus. Antro. sepulchro. Latuit sopitos. idest dormientes custodes. Amictus. Linteamina & sudarium: quibus fuerat corpus inuolutum.

Ad exuias.

## Q V I N T V S.

Ad exuias. i. iuxta spolia. An ne beati, ac si dicat, non est verisimile. Mentita est, ex Psal. xxvj. Insurrexerunt in me testes iniqui, & mentita est iniquitas sibi. Vana vox, id est mendax. Virgil. j. Aeneidos. Vani docuere parētes. Ademptum Iudæis, id est ab illorum custodia subductum, q. d. quem illi amiserunt: nos inuenimus. Actuum. xij. Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud: ecce conuertimur ad gentes.

Dicere, concluso furtim productus ab antro  
Sopitos latuit, cuius iacet intus amictus,  
Cuius ad exuias sedet angelus: an ne beati  
Corporis ablator velocius esse putauit  
Soluere coniectum, quam deuectare ligatum,  
Cum mora sit furtis contraria: cautius ergo  
Cum domino potuere magis sua lintea tolli,  
Mentita est vox vana sibi, tamen ista figuram  
Res habet egregiam: Iudæis constat ademptū,  
Quem nos deuoto portamus pectore Christū.

### ¶ In Iudæos Christi occisores.

Plāge sacerdotes perituros, plāge ministros  
Et populum Iudæa tuum pro talibus ausis.  
Nō tuba, nō vnctus, nō iā tua victima grata est:  
Quę nam bella tibi clāget tuba rege perceptor?  
Quis tuus vnctus erit, quę verū occideris vnctus?  
Victima quę dabitur, cū victima pastor habet?  
Discedat synagoga suo fuscata colore,  
Ecclesiam Christus pulchro sibi iunxit amore,  
Hęc est conspicuo radians in honore Marię,  
Quę cum clarifico semper sit nomine mater,  
Semper virgo manet, huius se visibus astans,  
Luce palā dominus prius obtulit, vt bona mater,

stum ex prophetia Danielis capite nono. Victima, quia in eius locum altera erat successura victima, id est Christus, pro omnium peccatis immolanda. Pastor qui Ioannis capite decimo dixerat. Ego sum pastor bonus. Habes tur victima, i. sacrificatur. Fuscata suo colore, i. denigrata: non aduentitio, sed suo: nam cū ecclesia in canticis dicit, Nigra sum sed formosa, subiūxit, Nolite

F uij me cono

me considerare quod fusca sum: quia de colorauit me sol. quod ecclesia quæ  
 successit synagoge: & peculiariter virgo Deipara potest recte de se dicere.  
 Clarifico. idest preclaro. Prius obtulit. Hoc Euangelistæ non narrant: est  
 tamen uero per quam simile. Aduenientis. cum ex ipsa carnem suscepit. Re-  
 deuntis. idest ad superos resurgentis ab inferis.

**M**Ox alijs.  
 Quod Saluator adiu-  
 xit se comitē duo-  
 bus discipulis eun-  
 tibus Emauta: a-  
 gnitusq; est ab illis  
 in fractione panis.  
 Ex Luca. capi. vigesimo quarto.  
 Alijs duobus. scilicet  
 illis discipulis.  
 Ver9 panis. de quo  
 Ioan. cap. sexto. Pa-  
 nis verus, qui de celo  
 descendit. Aper-  
 tis oculis: nam Euā-  
 gelista dicit, qd aper-  
 ti sunt oculi eorū.  
 Vt uentem. i. Chri-  
 stum. de quo Lucę  
 capi. xiiij. quid que-  
 ritis uiuentem cū  
 mortuis?

**S**Aepe dein. Qd  
 Saluator uisus  
 est postea disci-  
 pulis alijs præbēs  
 seipsum uidentem  
 manifeste: tū  
 multis argumen-  
 tis. Ex Luca in A-  
 postolica historia.  
 Vescantibus illis.  
 ad illud respicit, qd Lucas scribit. Et conuescens præcepit illis ab Hierosoly-  
 mis ne discederent: quanquam in græco non conuescens, sed conuersans legi-  
 tur: hoc est synalizonos. Ora ferens. idest ueram faciem præ se ferens. Pi-  
 scis obusti. idest assi & mellis. Ex Luca capite vigesimo quarto. Seseq; vi-  
 deri. subaudi, doceret.

**F**ormidine rursus. Quod cum fores essent clausæ propter metum Iu-  
 dæorū: uisus est Iesus discipulis. Ex Ioan. cap. ultimo. Turba fidelis. i.  
 Chri. Pace salutatis. i. dicens. Pax uobis. &c. Expediēs palmas. i. expedi-  
 tas ostēdēs. Et latus. lacea perfossus. Didymus. ex græco interpretat gemin9.  
 Dubio

Grandia diuulgans miracula, quæ fuit olim  
 Aduenientis iter, hæc sit redeuntis & index,

¶ Agnitus Christus in fractione panis.  
**M**Ox alijs cōuiuia potēs in fragmine panis  
 Agnitus enituit, quia uerus panis apus  
 Semper adest oculis, fidei quos gratia claros  
 Efficit, ut dominum uiuentem cernere possint.

¶ Apparuisse discipulis sæpe.  
**S**Aepe dein proprios diuersi temporis hora  
 Discipulos manifestus adit, uescantibus illis  
 Extemplo nunc ora ferens, nunc piscis obusti  
 Atq; faui mandens epulas, quo rite doceret  
 Corporeas res esse dapes, seseq; uideri  
 In membris quibus ante fuit.

¶ Incredulitas Thomæ.  
**F**ormidine rursus  
 Plebis apostaticę, dominum q̄ sepe negasset,  
 Cum foribus clausis resideret turba fidelis,  
 Pace salutantis sese intulit, atq; foratas  
 Expediēs palmas, nudat latus: ast ibi Thomas,  
 Cui Didymus cognomē erat, cum fratribus vna



## Q V I N T V S.

Dubio sub corde. dicebat enim nisi videro in manibus eius fixuram clavorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Nunquam subtractus erat. Ipso Christo dicente Matthæi capite ultimo. Ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consumationem sæculi. Probari. idest in experimentum se præbere. Mentem labantis. idest dubitationem amici titubantis.

Non fuerat, dubioque fidem sub corde gerebat,  
Donec rursus eo pariter residente veniret,  
Qui nunquam subtractus erat, tunc limine clauso  
Constitit in medio, non dedignatus apertum  
Discipulo monstrare latus, tactusque probari  
Vulneris, & mentem patienter ferre labantis,  
Agnitus hinc potius, quod sit dubitantis amic⁹,  
Quisquis enim artifices cæca sub imagine fraudes  
Instruit, & varias cupit exercere figuras,  
Non vult agnosci, non vult sua facta requiri,  
Ut lateant sub nube doli, nebulaque recludens  
Omnia sollicitos odit simulator amicos.

### ¶ Piscanti Petro apparuit;

**G**Narus ite dominus, Petro piscante per quor  
Cum socijs, captum esse nihil, dimittere lina  
In dexteris hortatur aquas, mox gurgite clauso  
Pendula fluctuagantem traxerunt retia prædam  
Per typicam noscenda viam, nam retia dignis  
Lucida sunt præcepta Dei, quibus omnis in illa  
Dextra parte manens concluditur, ac simul vlnis  
Fertur apostolicis domini ad vestigia Christi.

mulat id, quod non est. Sollicitos. idest curiosos & diligentes.

**G**Narus. Qui modo piscante Petro cum Thoma & duobus filijs Zebedei Iesus visus est in littore: qui cum nihil cepissent, iussu Salvatoris misit rete in dexteram nauis partem: unde facta est magna piscium captura. &c. Ex Ioan. cap. xxi. Cum socijs. idest Thoma, Iacobo, Ioanne, Nathanaele. Gnarus. idest sciens nihil esse captum. Lina. retia ex lino. Gurgite clauso. quippe qui nihil piscium illis dederat. Retia pendula. idest pendentia: cum extrahuntur ex mari. Prædam fluctuagantem. idest pisces per mare vagantes. Noscenda. idest, quæ retia figurate aliquid significant aliud, quam

Agitus hinc. ex vulnerum commostratione. Fact⁹ est amicus. q. d. quod hoc fecit ut amicum dubitantem conseruaret. Quisquis enim. sensus est. qui fraude quempiam vult decipere: laborat ne in furto deprehendat: & omnia sub tenebris inuoluit. Fraudem artifices. idest artificiosas passiuè. Peritus. Artificemque tuo ducit sub pollice vultum. Figuras varias. idest res fictas & non veras. nam figura est veritatis imago. Sua facta requiri. idest examinari. Sub nube. sub tenebris: ut lateam doli. Recludens omnia. idest, claudens. cum recludere sit potius aperire. Virgilius. Veteres tellure recludit thesauros. Simulator. idest qui si-

F v quod

quod præferunt. Nam retia dignis, id est electis siue prædestinatis. Lucida præcepta. Ex psalmo. xviii. Præceptum domini lucidum illuminans oculos. In dextra parte manens: ad illud respicit quod legitur Matthæi. cap. xx. Statuet oves a dextris: & hedos a sinistris: & qui sequuntur. Nec pisces. Dicit enim Evangelista: quod cum discipuli descendissent in terram: viderunt prunas & piscem superpositum & panem: que omnia quid significent, exponit. Nam piscis est aqua, per quam regeneramur. Panis, qui descendit de celo, quo pasчимur. Pruna, id est ignis spiritus sanctus, quo sanctificamur. De more, quo illos consueverat alloqui cum mituri erant cœnâ.

Bonitate domini, id est largitate quadam profusa. Suum Christum, id est quo frequenter vsi sunt in conuictu & familiaritate. Relictis rite toris, hoc est cum gratiarum actione. Alto corde, id est medullitus & ex animo. Explorat, id est inquiri. Petrus annuit, id est assentitur dicens: tu scis domine quia ego amo te. Pastor amans, id est cupiens. Greges nitentes, id est pingues: nam pinguitudinem se

quitur nitor. Bono operario, id est Petro omni ex parte bono: quippe qui plusquam alij Christum amabat. Terno sermone, id est triplici admonitione: ut Ioannes scribit: ut qui ter negauit, ter fateretur se plurimum amare, terque illi Saluator tanquam fideli dispensatori oues suas commendaret.

Inde sequenda. Quod Iesus apparuit discipulis dicens, pax vobis: & instituit illos omnibus in rebus: quas erant facturi; baptizarentque omnes gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ex Ioanne & ceteris in fine suorum Euangeliorum. Pacem meam, Ioan. capite decimo quarto. Pacem relinquo

Nec pisces prunaque vacant, & panis in vno  
Discipulis inuenta loco, quis nam ambigat vnâ  
His rebus constare fidem, quippe est aqua piscis:  
Christus adest panis: sanctus quoque spiritus ignis.  
Hic etem abluimur, hic pasчимur, inde sacramur,  
Tunc epulis præceptor eos inuitat edendis  
Alloquijs de more pijs, mensamque petentes  
Vnanimes, nota domini bonitate fruuntur.  
Et Christum sensere suum, modicoque paratu  
Postque victa fames, & surrexere relictis  
Rite toris, an corde Petrus se diligit alto  
Explorat dominus: Petrus annuit: ergo nitentes  
Pastor amans augere greges, operario in omni  
Parte bono commendat oues, commendat & agnos.  
Hæc terno sermone monens, ut terna negantis  
Culpa recens parili numero purgata maneret.

#### ¶ Tradit præcepta discipulis.

Inde sequenda docēs, pacem oēs inquit habete  
Pacem ferte meam, pacem portate quietam,  
Pacem per populos monitis dispergite sanctis,  
Et mundum vacuate malis, gentesque vocate,

## Q V I N T V S.

relinquo vobis: pacem meam do vobis. Gentesq; vocate. Marci. ca. vltimo. Euntes in vniuersum mundū: prædicate euangelium omni creature. Lauari

**H** in fonte. i. baptizari. Virgilius in buco. Omnes in fonte lauabo. **H** Acc vbi dicta. Quod posteaquam Saluator admouuit discipulos faciendorum: eduxit illos in Bethaniam: & benedicens illis in cælum

Finibus e cunctis. Iatus qua tenditur orbis.  
Iullis mando meis omnesq; in fonte lauari,

¶ Ad cælos ascendit,

**H** Acc vbi dicta pio Dñs sermone peregit.  
**H** Bethaniæ mox arua petit, coramq; beatis,  
Qui tantum meruere, viris spectare triumphū,  
Aethereas euectus ab it sublimis in auras,  
Ad dextrā subit ipse patris, mūdumq; gubernat  
Iure suo, qui cuncta tenens, excelsaq; & ima  
Tartara post cælum penetrat, post tartara cælū,  
Illi autem læti cernentes vultibus altas  
Ire supernubes dominum, tractusq; coruscas  
Vestigijs calcare suis, uenerantur, adorant,  
Sydereasq; vias alacri sub corde reportant:  
Quas cunctos doceant, testes nam iure fideles  
Diuinæ virtutes erant, qui plura videntes,  
Innumerabilium scripserunt pauca bonorum  
Nam si cuncta sacris voluissent tradere chartis  
Facta redemptoris, nec totus cingere mundus  
Sufficeret, densos per tanta volumina libros,

assumptus est. Ex Luca capite vigesimo quarto. Subit, ascendit. Mundumq; gubernat. ipso, dicente. Mihi data est omnis potestas in cælo & in terra. Maethæi capite vltimo. Post cælum. id est trans cælum: quia non continetur cælo diuina maiestas. Et post cælum tartara. quia vbiq; est per præsentiam: & inane quod ultra cælum cogitamus, implet. Vias sydereas. id est præcepta Christi: quæ illis tradidit inuulganda per omnes gentes. Testes. id est ipsi discipuli. iuxta illud Luca capite vigesimo quarto: & Actuum capite primo. Vos eritis mihi testes in Ierusalē. &c. Qui plura videntes, ad illud respicit quod scribit Ioannes in

calce sui Euangelij. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum: quæ non sunt scripta in hoc libro. Bonorum. id est miraculorum. Cingere. id est complecti. Et sic est finis paraphraseon in Sedulij Carmen ab ANTONIO Nebrissenfi grammatico æditarum.

### ¶ SED VLII PASCHALE

opus explicitur.

Laus Deo.

F vi Cantemus

## Sedulij

**C**Antemus focij. Sunt qui dicant hoc opusculum non esse editum a Sedulio: sed inter illius scripta inuentum: quod satis est vt Sedulij putetur esse. Nam & aliorum scriptorum opera non alia ratione certis autoribus accommodantur: nisi q̄ illorum nomine prætitulata inueniantur. Carmen est inuitatorium ad diuinas laudes canendas: in quo veteris testamenti miracula cum noui miraculis comparatur: atq; iucundissima repetitione eodẽ hemistichio versus pentametrum claudit: quo hexametrum incipitur.

### DEIVSDEM SEDVLII Carmen inuitatorium.

Cantemus honores. id est laudes. Ore pio. id est religioso. Personet Christo. id est in honorem Christi. Primus superbus. id est Lucifer: qui propter superbiam ad inferos deturbatus est. Primus homo. i. Adã. Cum tumuit. ex admonitione diaboli putauit ex promissionatione se futurum Deo parẽ. Vnius ob meritũ. i. peccatum primi hominis. Minores. i. posterij. Vnius ob meritum. i. Christi. nam meritũ & in bonum & in malũ accipi potest. Sola mulier. i. Eua: quẽ nos morti obnoxios fecit. Sola mulier. i. virgo Deipara: quẽ nobis ad vitam iter patefecit. Frater iniquus. i. Cain: qui Abel testimonio saluatoris iustũ occidit. Frater iniquus. i. Iudas Scariothes qui Christũ prodidit. Trãsitus ille. i. primi hoĩs preuaricatio. Prima origo. i. homo in statu innocẽtiẽ creatus. Trãsitus ille. i. Christi ad cãlos ascensio: quo & nos venturi sumus. Arca leuatur. i. machina illa in modũ nauis iussu Dei a Noe fabricata. Arca leuatur. i. Christus: qui sumpta humanitate nos saluauit. Sume. i. o Abrahamã: qui p̄pterea q̄ nõ dubitasti filiũ tuũ Isaac sacrificare, est tibi multarũ gentiũ ex semine tuo repromissio. Gen. ca. xxij. Sume pater p̄p̄os. quos tibi filius per sanguinis sui redẽptionẽ tibi recõciliauit. Hostia summa patris. i. Isaac quẽ pater hostiẽ destinauit: q̄ figura erat Chrii p̄ nobis immolãdi. Quã Chrius reserauit. i. aperuit. Claudicat ecce vidẽs. de Iacob intelligit: qui postea q̄ cum angelo luctatus est: pede claudicauit: quia emarcuit neruus femoris eius. Gene. cap. xxxij. Videns dominum. nam subdit. Vocauitq; Iacob nomen

**C**Antemus focij domino, cãtemus honores:  
Dulcis amor Christi personet ore pio,  
Primus ad ima ruit magna de luce superbus:  
Sic homo cum tumuit primus, ad ima ruit,  
Vnius ob meritum cuncti periere minores:  
Saluantur cuncti vnus ob meritum,  
Sola fuit mulier, patuit qua ianua letho:  
Et qua vita redit, sola fuit mulier,  
Frater iniquus erat, iustum qui perculit olim:  
Damnator Christi frater iniquus erat,  
Transitus ille docet, quid prima amisit origo:  
Quid ventura paret, transitus ille docet,  
Arca leuat̃ aquis, homines ne perderet equor:  
Ne pereant homines, arca leuatur aquis,  
Sume pater populos pro nati vulnere cunctos:  
Cum sumis Christum, sume pater populos,

nomcn

## Carmen inuitatorium.

nomē loci illius Phanuel dicens. Vidi dominum facie ad faciem. &c. Hæres, scilicet repromissionis primum factæ Abraham. Aspera gens, s. Iudæorum: quæ Deum exacerbauit. Claudicat videns, i. preuaricatur: & videns Christum, non videt malignitate obcecata. Repulit ille famē, s. Ioseph: qui venditus a Iuda fratre consentientibus reliquis fratribus: in Aegyptum ductus

Hostia summa patris tacitis signata figuris,  
Quam referat Christ⁹, hostia summa patris.  
Claudicat ecce vidēs dominū, dū p̄ualet hæres,  
Aspera gens Christum claudicat ecce vidēs,  
Repulit ille famem, frater quem vendidit auro.  
Venditus a Iuda repulit ille famem,  
Perfide corde peris, dum vastant omnia plagæ,  
Dum cessant plagæ, perfide corde peris,  
Agnus ab hoste sacer cōduxit sanguine patres.  
Sanguine nos reuocat agnus ab hoste sacer.  
Obruit vnda nefas, populo gradiente per equor.  
Nunc mundi populis obruit vnda nefas.  
Murmurat impietas manna veniente resecta,  
Panis adest Christus, murmurat impietas.  
Plebs sibi dura caput terræ cultores adoptat.  
Abstulit heu Christum plebs sibi dura caput,  
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ.  
Quodq; salus veniat, lex dedit indicium,  
En lapis irriguus, satiare incredule fonte,

atq; a Pharaone rei frumētariæ præfectus futuræ fami prospexit. Ex Genesi, capite trigesimo septimo. Venditus a Iuda, scilicet Scariothe: qui vendidit Christū. Perfide corde, de Pharaone intelligit, qui post cōsumpta omnia plagarū genera hebreos abeuntes insecut⁹, fluctibus maris obrutus est. Corde peris, ad illud respicit: quod scriptura dicit. Induratum est cor Pharaonis. Perfide corde peris, de diabolo superato morte Christi potest intelligi: vel de eodem Iuda proditore: qui se laqueo suspendit. A

gnus ab hoste, de agno typico intelligit: quem iussit Deus populo Israel absumere quattadecima die primi mensis: qui significabat verū agnū: qui p̄ salute hominū immolatus est, ex Exod. cap. xij. Cōduxit patres, i. Patriarchas ex captiuitate Aegyptiaca. Obruit vnda, i. fluctus maris rubri. Mersit nefas, i. nefarios Aegyptios. Obruit vnda nefas, i. tollit peccatū originale per baptismum. Murmurat impietas, i. pp̄s impi⁹ atq; Deo rebellis. Māna veniente, i. cadente de cælo, ex Exod. cap. xvij. Panis Christus, qui dixit, ego sum panis viuus, qui de celo descēdi. Murmurat impietas, obrectans facta Chri. Plebs sibi dura caput, de vitulo intelligit: quē pp̄s sibi cōflauit dū Moses faceret in mōte morā. Exod. xxxij. Cultoris terræ caput, i. vitulū: animal ad arādum natū. Abstulit caput, Chrm, s. qui omniū est caput mysticū: quē a se abalienauerunt. Lex dedit indicium, de lege veteri intelligit: quę tota ad pœnę rigorem intēdebat. Lex dedit indicium, s. Euāgelica: cuius autor fuit Chrs Saluator, q̄ cōdita est misericordia. En lapis irriguus, de petra Oreb: ex qua erupit aqua percutiēte illā Mose baculo. Lapis irriguus, i. Chrs lapis angularis: vt inquit Apostolus:

## Sedulij

Apostolus: qui fecit vtraque vnum: ex quo erupit aqua saliens in vitam eternam. Ioannis capite quarto. Carpitur igne sacro munus. idest holocaustum, quod absumebatur igne de caelo descendente. Seditiosa tribus, scilicet, Dathan, Abyron: & qui murmurauerunt contra Moysen: ex quorum numero ducentos quinquaginta ignis de caelo combussit. Legis haeres. idest populus Israel: cui facta est re promissio. Christus dispensat, quia abdicato populo Israelitico, adoptatur in regnum caeleste populus gentilis. Destruit arca Dei. quae septies circumducta Ierico corruit. ex Iosue capite sexto. Arca Dei. idest Christus: qui (vt dictum est) per arcam significatur: destruit hostem. Arca vellus habet. ex libro Iudicum capi. sexto. De vellere Gedeonis: quod in arca posuit, madefactumque est: terra circumiacente sicca: atque iterum terra madefacta est vellere manente sicco. quod vtrumque significat fecundae virginitatis incorruptionem.

Vincis honore Dei. Ex libro Iudicum capite vndecimo. Quomodo Iepthe iudex Israel vouit se sacrificaturum quodcumque ex domo sua primum illi occurreret, si filios Amon debellaret. Cumque filia primum illi occurrisset: illam ex voto Deo immolauit. Effectum Nate. lego affectum: quia filiae amorē religioni postposuit. Qui sternis caede Goliath. Ex .i. Regum cap. xvij. Quo pacto David Goliath Philistaeum superauit in certamine singulari. Tu decus omne tuis. Ex Virgilio in bucol. vsurpauit hoc hemistichion. Qui vincis mundum. hic est Christus. Maxima dona Dei. i. beneficia hominibus conferenda: restituendo illum pristino statui: quae prophetae praedixerunt & Christus impleuit. Pondera dura tulit. i. attulit lex Moysis. Et iram. nam precipiebat sequendum esse in infantes: sed gratia mandati hoc est lex gratuita hoc est Euangelij. Tulit. i. abstulit pondera dura, Christo dicente. Iugum meum suauē est: & onus meum leue. Filius hic hominis. i. puer ex virgine natus. Fit questio mundi. i. alius de illo aliud sentiens appellando fabri filium cum peccatoribus consuetudinem

**Qui Christum reprobas, en lapis irriguus,**  
**Carpitur igne sacro munus votumque priorum;**  
**Seditiosa tribus carpitur igne sacro,**  
**Regna beata patris legis non contigit haeres;**  
**Christus dispensat regna beata patris.**  
**Destruit arca Dei, muros dum circuit hostem;**  
**Sic hostem mundi destruit arca Dei.**  
**Arca vellus habet, madido sed vellere sicca est;**  
**Siccum tota madens arca vellus habet.**  
**Vincis honore Dei promisso munere gentes;**  
**Effectum natae vincis honore Dei.**  
**Tu decus omne tuis, qui sternis caede Goliath;**  
**Qui vincis mundum, tu decus omne tuis.**  
**Maxima dona Dei cuncti cecinere prophetae;**  
**Impleuit Christus maxima dona Dei.**  
**Pondera dura tulit mandatum legis, & iram;**  
**Gratia mandati tempora dura tulit,**  
**Virgo Maria nitet nullo temerata pudore;**  
**Post partum pueri virgo Maria nitet.**  
**Filius hic hominis fit maxima questio mundi;**  
**Nobiscum Deus est filius hic hominis.**

## Carmen inuitatorium

ſuetudinē habentē. Nobiscū Deuseſt. Ad illud respicit quod scribit̄ Eſaię. cap. vii. Vocabit̄ nomē ei⁹ Emmanuel: qđ interpretat̄ nobiscū De⁹. Mūdus p̄ cepit & ambit. i. continet: ex Ioan. cap. i. In mundo erat & mundus eum non cognouit. Signa mouent̄ populos. i. gētes: qui miraculis permot̄i crediderūt. Duros pp̄los. Iudeos durę ceruicis & rebelles. Mors ligno deducta. i. ex eo qđ

Adam de fructu ligni, qđ erat in medio paradisi, comedit. Auferit̄ ligno. i. cruce atq; Christi passione. Ipse tulit dñs. p̄ cōtulit. Munere seruis p̄ pœnis: quas ab illis passus ē. Ipse tulit dñs pœnas. i. pertulit p̄ seruorū redēptiōe. Vita bt̄a. i. Chrs: qđ hmōi vitā homini attulit. Auertere necē. i. phibere mortē, qđ vt dicit̄ Apostol⁹, stipēdiū peccati est. Lumē Dei. iuxta illud. Eſaię. ca. ix. Habitantib⁹ in regione vmbre mortis: lux orta est eis. Lumē Dei. iuxta illud Ioā. ca. j. Et vita erat lux hoim & lux ī tenebris lucet. Per hoim. i. p̄ primū parētē. Per hoim. i. p̄ Chrm qđ mortē moriēdo destruxit. Pater ille p̄ fanus. i. diabolus. Suscitāt gen⁹. subaudi humanū. adigendo ad mortem.

Gaudia magna Dei mundus percepit, & ambit;  
Respuit heu mundus gaudia magna Dei.  
Signa mouent̄ populos, cernunt magnalia cæci:  
Nulla tamen duos signa mouent̄ populos,  
Aspera mors populis ligno deducta cucurrit;  
Aufertur ligno aspera mors populis.  
Ipse tulit dominus pro pœnis munera seruis;  
Pro seruis pœnas ipse tulit dominus,  
Vita beata necem miseris auertere venit;  
Depulita miseris vita beata necem,  
Lumen adesse Dei perfensit tartarus ingens:  
Nec cernunt homines lumen adesse Dei.  
Mors fera p̄ hominē miserū sibi subdidit orbē;  
Subdita congemuit mors fera per hominem.  
Suscitāt ecce genus mortis pater ille profanus:  
Ad vitam Christus suscitāt ecce genus,  
Hic populus dominum dura ceruice negauit;  
Suscepit primus hic populus dominum,  
Sanguine læta redit fuso gens impia Christi;  
Gustato Christi sanguine læta redit.  
Crimina cuncta suis terrenus contulit autor:  
Dissoluit Christus crimina cuncta suis.  
Libera corda sibi facinus deuinxerat olim;  
Nunc reficit Christus libera corda sibi,

Dura ceruice. de Iudæorum durę ceruicis populo loquitur. Hic populus, scilicet gentilis. Gens impia Iudeorum, scilicet qui Christū morti tradidere. Sanguine læta redit. subaudi gēs Christianorū refecta sanguine eucharistię. Autor terrenus. i. Adā ex terra formatus: qui mortē intulit mundo. Christ⁹ scilicet secundus Adā: idest homo. Facinus deuinxerat. idest peccatū Adæ, quod illum ex libero fecit seruum. Christus reficit. i. restituit ex seruitute libertatē. Fortia vincla. quib⁹ hoies per peccatū quasi cōpedib⁹ sunt impliciti.

Fortia

## Sedulij Carmen inuitatorium.

Fortia vincla: quibus arctissime per charitatē Ch̄o copulamur. Cælū terrāq̄ subegit. Matth. cap. vltimo. Mihi data est omnis potestas in cælo & in terra. Pellitur vmbra die, i. figurata in lege veteri referant in lege Euāgelica. Adit gētes, de vocatiōe gentiū & abdicatione Iudgorū plenū est testamentū vetus. Te properare docēt, id est prophetæ significabant Christū breui nasciturum ex v̄rgine. Sacra quæ gerimus, i. lex Euangelica: quæ significat breui futurum diē iudicij. Vota priorum, id est desiderat⁹ a sanctis patribus. vnicus, i. Dei filius. Cōpleuit munera legis. Ipso Christo attestante in passio ne, consummatum est. Spes priorum, id est prophetarum. Spes cum fine, id est quem finē nos speramus. Munus fidei, id est merces & premium. Qui dedit, id est per gratiam fecit. Cōcidit mundus, i. hominū vitia: nam in hac significatione plerūq̄ in sacris literis accipitur. Totis gētibus, quia peculiariter apud gētiles gratia manet. Sola colūba, i. Christiana simplicitas: & alludit ad illud: quā scribitur Genesis, cap. octauo. De coruo & columba Iuuenalis. Dat veniā coruis: vexat censura colūbas. quæ sequuntur patent.

¶ FINIS.

Dulcis amor Christi fortia vincla dedit,  
Iam super astra sedet, cuncti exultate fideles,  
Perfide quid sæuis: iam super astra sedet,  
Mortuus ille tonat, cælum terramq̄ subegit,  
Quid faciant hostes: mortuus ille tonat,  
Pellitur vmbra die, Christi veniente figura,  
Christus adit gentes, pellitur vmbra die.  
Te properare docent & signa & sæcula prima,  
Nos sacra, quæ gerimus, te properare docēt,  
Vnicus adueniens firmavit vota priorum,  
Vota dedit nobis vnicus adueniens,  
Passio Christe tua compleuit munera legis,  
Munera nostra replet passio Christe tua  
Hic homo, qui Deus est, spes est antiqua priorū,  
Spes cum fine pijs, hic homo qui Deus est,  
Munus erit fidei toto credentibus æuo:  
Qui dedit vt credant, munus erit fidei,  
Te veniente Deus, mundanus concidit error,  
Concidit hic mundus te veniente Deus,  
Gratia plena Dei est, quæ totis gentibus extat,  
Abscedant sectæ, gratia plena Dei est,  
Sola columba redit, quæ totum circuit orbem,  
Discedunt corui, sola columba redit,  
Adueniet dominus dare digna pijs, mala prauis,  
Credite iam miseri, adueniet dominus,  
Visio Christi tui tormentū & poena malorū est,  
Gloria cuncta bonis visio Christe tui,  
Gloria magna patri, semper tibi gloria Nate,  
Spiritus, & Nato, gloria magna patri:

¶ Sedulij epigramma finitur.



# HYMNVS.

## CAELII SEDVLI PRESBYTERI

hymnus de Christo succincte ab incarnatione vsq; ad Ascensionem.

**A** Solis ort<sup>9</sup> cardine ad vsq; terræ limitē Chri-  
stū canam<sup>9</sup> principē, natū Maria virgine,  
Beatus autor sæculi seruire corpus induit,  
Ut carne carnē liberās, ne pderet quos cōdidit,  
Castæ parentis viscera cælestis intrat gratia,  
Vēter puellę baiulat, secreta quæ non nouerat,  
Domus pudici pectoris templum repēte fit Dei,  
Intacta nesciens virum, verbo concepit filium,  
Enixa est puerpera, quem Gabriel prædixerat,  
Quē mris aluo gestiēs claus<sup>9</sup> Ioānes senserat,  
Fœno iacere pertulit, præsepe non abhorruit,  
Paruoq; lacte past<sup>9</sup> est, per quē nec ales esurit,  
Gaudet chorus cælestium, & angeli canūt Deo,  
Palamq; fit pastoribus pastor creator omniū,

**H** Ostis herodes ipie, Chrm venire qd times?  
Nō arripit mortalia, q regna dat cælestia.  
Ibant magi quā viderant, stellam sequētes puiā;  
Lumen requirūt lumine, Deū fatētur munere,  
Katerua matrū personat, collisa deflens pignora,  
Quorū tyrānus millia, Chro sacrauit victimā,  
Lauacra puri gurgitis, cælestis agnus attingit,  
Peccata quę non detulit, nos abluendo sustulit,  
Miraculis dedit fidem, habere se deum patrem,  
Infirma sanans corpora, resuscitans cadauera,  
Nouum genus potentiæ, aquæ rubescūt hydrię,  
Vinūq; iussa fundere, mutauit vnda originē,  
Orat salutem seruulo, flexus genu Centurio,  
Credēis ardor plurim<sup>9</sup>, extinxit ignes febrū,  
Petrus p vndas ambulat, Christi leuat<sup>9</sup> dextera:  
Natura, quā negauerat, fides parauit semitā,

**A** Solis ortus.  
Hymn<sup>9</sup> hic  
a Sedulo cō-  
posit<sup>9</sup> est: cōstatq;  
dimetro iambico:  
digestusq; est per  
tria & viginti tes-  
tistica quæ inci-  
piuntur secundum  
ordinem alphabe-  
tarium: in quo lu-  
serunt plerūq; in-  
strumenti veteris  
autores. Nam &  
David Psalmum  
centesimum deci-  
mum octauum, &  
Salomon calcē pro-  
verbiorum: & Hie-  
rem. threnos hac se-  
rie composuit. Ad-  
uertendum tamen  
& si autor sua in-  
uentioe delectatus  
K. literam suo in  
loco ponat dicens.  
Katerua matrum  
personat. non sic de-  
bere scribi, sed per.  
C. literam. Quinti-  
lianus namq; libro  
primo eos reprehē-  
dit, qui dicebāt cū  
sequeretur. a. voca-  
lis. C. p K. debere  
scribi, vt Kartago:  
Kaput: & qđ hoc  
in loco Seduli<sup>9</sup> scri-  
bit katerua: & sub-  
dit causam cum. c.  
litera sit quę in lo-  
co. K.

co. K. successerit.  
Præterea quod scri-  
bit ymnus, sine as-  
piratione in prin-  
cipio: cum omnis  
dictio ab ypsilo in-  
cipiens aspiretur.  
Sunt autem omnia  
manifesta nisi quis  
dubitet quid sit xe-  
romyrrha: nam cū  
sit duplex myrrhe  
genus: altera facta  
id est stillaticia: &  
altera ficticia: erit  
xeromyrrha, id est  
sicca myrrha: erit  
opinor quæ ex li-  
gno myrrhæ elici-  
tur: eo modo quo  
xylobalsamum.

¶ FINIS.

## DE CHRISTO.

Quarta die iam foetidus, viâ recepit Lazarus,  
Cunctisq; liber vinculis factus superstes est sibi.  
Riuos cruoris horridi, contacta vestis obstruit,  
Fletu rigante supplicis arent fluenta sanguinis,  
Solutus omni corpore, iussus repete surgere,  
Suis vicissim gressibus eger vehebat lectulum.  
Tūc ille Iudas carnifex ausus magistrū tradere,  
Pacem ferebat osculo, quā nō habebat pectore.  
Verax datur fallacibus, pium flagellat impius,  
Cruciq; fixus innocēs coniungitur latronibus.  
Xeromyrrhā post sabbatū qdā vehebāt corporis  
Quas allocut<sup>9</sup> angel<sup>9</sup>, viuū sepulchrū nō tegit  
Ymnis venite dulcibus, omnes canam<sup>9</sup> subditū,  
Christi triumpho tartarū, q nos redemit vedit<sup>9</sup>.  
Zelum draconis inuidi, & os leonis pessimi,  
Calcavit vnicus Dei, seseq; cælis reddidit.

¶ FINIS.

APVD INCLYTAM GRANATAM.

ANNO. M. D. LIII.

# Lectorio.



**N** TIBI CHRISTIANE  
Lector Cælij Sedulij opus, quod Pas-  
chale inscribitur, q̄ in eo Pascha nostrum  
quod Christus est, (vt ait Paulus) Sedulo  
describat̄, lege & relege, & nocturna diur-  
naq̄ manu versa: dignum enim est, vt le-  
gatur, & relegatur. Tu qui Maronis Nasonisue tantopere  
amplexaris vigiliis, cur non in huius lectione aliquot Des-  
dicabis horas? neutri enim illorum, vel elegãtia, vel versuũ  
concinnitate cedit, & materię utilitate & veritate historiæ  
tam distat ab illis, q̄ ab amaro dulce, & a veneno aconitũ.  
Non enim hic commentitias nuptias Aeneæ & Didonis  
narrat, sed Chri & ecclesiæ verã desponsationẽ, non meta-  
morphoses fabulosas, sed verã ἡ ἀληθινή docet, qua renasci  
oportet, qui potiri regno cælorum desiderat. Fateor in ster-  
quilinijs aliquas reperiri gẽmas, quas sobrie a Chriianis per-  
uestigandas nõ abnuo, sed in ipsis gẽmarijs & copiosius re-  
periũtur, & crebrius. Quæ est ergo nra demẽtia, vt mere-  
tricularum vsq̄ in exitium dulces, honestis & pulchris matro-  
nis præponamus? Lege Chriane Lector Chriianum vatẽ  
tibi multis nominibus cõmendabilem: quia elegãs, quia so-  
brius, quia cõcinnus, quia verax, quia pius. & insuper, quia  
nõ arma virũ magno boatu reboat, sed pacẽ virũ placido  
murmure animis insusurrat, neq̄ id etiã prætermittendũ,  
q̄ summus Põtifex Gelasius postq̄ magnã librorũ struẽ  
inter apocrypha reputabit, hoc opus dignis encomijs lau-  
datum Christianæ Reipublicæ cõmendauit. Vale.

Lectio

IN TIBI CHRIS TIANE  
Lector Cestii Beduli opus, quod est  
chale inscribitur, in quo per  
quod Christianus, (sicut per  
describitur, legi & rege, & notum  
hanc manum verba: dignum enim est, ut la



guis, & regeant  
anplaxia vigil  
elic bis horet  
conduitate cel  
tam dicit ab illi  
Non enim hic  
narrat, sed Chr  
morpholes fabu  
oportet, qui por  
pulsus aliquid  
negligendas no  
peritur, & cel  
tricia vlti  
nis pteponamus? Legit hinc Lector Christianum vult  
tibi multis nominibus committit: quia legi, quia lo  
prie, quia cōtinuus, quia verax, quia pius, & insuper  
no arma vlti magno bonu rebot, sed patē vlti p  
murtur amola insulur, uerq; illi p  
olummus Pōitix Celsus possē magis libere  
iur spory pia reponit, hoc opus dignis enon p  
dant Christiani Respublice cōmendant. Vale

# FLORETUS.



Omne Floret<sup>9</sup> liber incipit ad bona coepr<sup>9</sup>.  
Semper erit tutus eius documēta secutus.  
Hic liber extractus de plurib<sup>9</sup> est vocitat<sup>9</sup>.  
Recte Floretus, quia flos est inde receptus.  
Et breuiter textus flagrat virtute repletus.  
Collegi flores, non omnes, sed meliores:

Quos in uirgulis vidi domini bene cultis.

Qui non marcescunt seruando, dandoq<sup>3</sup> crescunt.

Ergo dilecte valeas sic viuere recte.

Multis proficere, domino semperq<sup>3</sup> placere.

Suscipe corde bono hos flores, quos tibi dono:

Tollent languores, tribuent tibi semper honores:

Si bene dulcores florum retines & odores,

Summo cultore florum clemente datore.

**D**ogma sacrae fidei ponit prius ordo libelli.

Postea praecpta ponuntur parte secunda.

Tertia pars vere monstrat peccata cauere.

Inde docet quarta pars ecclesiae sacramenta.

Virtutes quinta mores notat & documenta.

Concludit sexta de morte suaq<sup>3</sup> sequella.

## ¶ Caput primum de fide catholica.

**C**redere debemus, qui Christi nomē habemus.

Doctrinam Christi, quia nemo secus placet isti.

Nec poteris fieri saluus, nec sanctus haberi.

Dixit enim Christus ad caelum mox rediturus,

Qui baptizatus fuerit, valet esse beatus.

Si bene crediderit, aliter sine fine peribit.

Ergo constanter credas, & indubitanter:

Quae docet ecclesia Romae petra solidata.

**A**rticuli fidei bis sex sunt corde tenendi:

Quos Christi socij docuerunt pneumate pleni.

Credo deum patrem, inquit, Petrus cuncta creantem.

Dixit & Andreas, credo deum sic fore Christum.

**A**

## LIBER

Conceptum & natum Iacobus, passumq; Ioannes.

Infera Philippus fregit, thomasq; reuixit.

Scandit Bartholemeus, veniet censere matheus,

Pneuma minor Iacobus, Simon peccata remittit.

Restituit Iudas carnem, vitamq; Matthias.

Sed tamen hos aliqui sic distinxere magistri.

Spectat hominem septem, totidem deitatem.

Sed mihi augetur fidei sic, nec remouetur.

Vnum crede Deum, personis dic fore trinum.

Sunt pater, & natus, & pneuma sanctū Deus vnus.

Cuncta creans, peccata leuans, ac præmia donans,

Conceptus, natus, cruce mortuus, infera fregit.

Surrexit, scandit, cunctos censere redibit.

Hæc est catholica syncera fides & vna.

A Christo lata, per discipulos publicata.

Signis firmata diuina lege probata.

Solus adorandus Deus est, sanctusq; rogandus.

Latria debetur domino: quia summus habetur.

Nullus adorare sic debet, siue rogare.

Effigiem fictam, sed significata per ipsam.

Vera fides saluat: quem vita decens bene format.

Næq; fides ficta, sine factis mortua dicta.

Non prodest, sed obest, si possit: agēs bona prodest.

Omne malum vita, bona fac, sic est bona vita.

Sed bene credendo saluaberis, & faciendo.

Cur videas ista: quæ sunt infra tibi scripta.

**A**D mala vitandū nec nō bona continuandū:

Sunt data p̄cepta q̄ cōmoda sunt & honesta.

Primo naturæ lex vult sic viuere pure.

Nec facias alijs: quæ vis tibi, si bene possis.

Non facias alijs, ea quæ fieri tibi non vis.

Postea lex Moysi data vult sub scripta teneri.

Sperne deos plures, non per deum male iures.

Sabbata sanctifices, venerare tuosq; parentes.

Non interficias, non moechus corpore fias.

Non facias furtum, non testeris quocq; falsum.

## FLORETI.

Non cupias sponsam, nec rem que scis alienam,  
Sic quoque ius scriptum prohibet mala; mandat honestum.  
Ius mandat cuique, & quod vivat semper honeste.  
Ut nullum lædat, cunctis sua iuraque reddat,

Inde Iesus cuncta præcepta reduxit ad ista:  
Dilige corde Deum toto super omnia verum,  
Dilige quemcumque, sicut te diligis ipse,  
Istis completis pendet lex atque prophetæ.  
Sic non offendas Deum, fratrem neque lædas,  
Semper gaudebit, domini qui iussa tenebit,  
Sed male peccabit, qui iussa Dei violabit,  
Non fit peccatum, nisi per iussum violatum;

### ¶ De peccatis in generali.

**O**Mnia delicta triplici sunt nomine dicta,  
Originale, & mortale, & veniale.

Est hoc peccatum nobis ab origine natum,

Est graue mortale, leuius fertur veniale.

Cum baptizamur ab origine purificamur:

Nec non peccato quocumque sit ante patrato,

Et cum peccamus grauius, post nos maculamus,

Cum peccantis in his fertur cuiusque voluntas,

Quod tenet in se quid aliquo modo immoderatum.

Sicut nec domini, nec fratris oppugnet amori:

Tale suo genere peccatum fit veniale;

Ut sermo vacuus; vel risus immoderatus.

Si tamen ordinet, ut ab hoc mortale sequatur:

Hoc mortale facit intentio prava volentis.

Ut cum quis ridet ad adulterium faciendum:

Aut in contemptum domini consentit in istis.

Discernens ratio mortale fit inde patenter,

Sed quando velle peccantis fertur in illud:

Quod domini de se, vel fratris repugnat amori,

Peccatum graue est: mortaleque dicitur esse.

Sicut homicidium, blasphemia, schismaque, furtum,

Si tamen hoc sistat sine consensu rationis:

Que meditans dominum cordis reprimat cito motum.

## LIBER

Cum non sit plenus actus, tunc fit veniale.

¶ De septem peccatis mortalibus.

**N**E careas vita, septem mortalia vita  
Maxima peccata, quæ sunt sic iure vocata.

Nam moriens vitio mortali perditur vno.

Quoduis mortale vitium fit perniciosiale.

Nam mentem maculat, & sacro flamine priuat.

Offendit dominum, spernendo vulnerat ipsum.

Aufert splendorem domini, nec non & amorem.

Debilitat mentem, cæcam faciens, & egentem.

Annihilatq; bona, quæ sunt in crimine lata.

Mortificat merita, quæ contulerat bona vita.

Interimens animam damnat finaliter ipsam;

Efficit ingratham, vitam tollitq; beatam.

Aeternam pœnam dat, perpetuamq; cathenam.

Sunt tumor, accidia, & gula, luxuries, simul ira.

Liuor, auaritia, septem mortalia dira.

Nunc videas horum plures species vitiorum,

Vt melius vere valeas peccata cauere.

¶ De peccato superbiæ.

**T**V non sis tumidus verbis, nec corde superb?

Ne sis elatus factis, si vis fore gratus.

Cum bona quis credit ex se meritis vel habere;

Vel falso tribuit sibi, quo se credit egere,

Aut alios spernit, plus credens sæpe valere.

Quattuor his rebus quis dicitur esse superbus.

Spernit obedire tumidus, vult obuius ire.

Vult apparere melior; mala cœpta tenere.

Cunctis præferre & se vult, sua magna referre.

Nuncq; rancores dimittit, & ambit honores.

Nulla molesta pati vult, gestus scit variare.

Quantuncq; bonus fuerit essendo superbus,

Totum deprauat te sola superbia daminat.

Sis simplex, humilis, ne damneris quasi vilis,

Nam Deus exaltat humiles, tumidos pede calcatur.

¶ De peccato Accidie & eius speciebus.



## FLORETVS.

**A**ccidiam linque; q̄ dat mala tædia vitæ,  
Segniciam fugias, nunq̄ piger ad bona fias,  
Si bona tristis odis, diuina vel ipsa relinquis  
Tædens & negligens: quæ consummare teneris,  
Vel contristeris, cum nolens hæc opereris,  
Aut nimium tristis propter quæuis mala sistis,  
Quattuor his dictis sic accidiosus haberis,  
Ocia qui sequitur, sine crimine vix reperitur,  
Ocia deuota, si vis bona sit tibi vita.  
Sæpe libens ora faciendo sancta labora,  
Pigris dum possunt operari tempora desunt.

### ¶ De peccato gulæ.

**P**one gulæ frenum: tibi vel dabit ipsa venenū.  
Est sibi damnosus in multis quisq̄ gulosus,  
Nam nimis expendit, citius mala q̄ bona prendit.  
Qui nimium comedit, bibit ardentem, studiose,  
Præpropere, lente, fertur peccare gulose,  
Crapula vitetur, ne corpus mensq̄ grauetur,  
Nausea non detur, vt morbus non generetur,  
Mens non grauetur, ne vita tibi breuietur,  
Vt tempestatem fugias, vel magis ebrietatem.  
Mens alienatur vino, corpus vitiatur,  
Sensus turbatur, secretum notificatur;  
Lingua nimis fatur, vino verbum variatur,  
Vultus fœdatur, rixa frequens generatur,  
Vis eneruatur, vino sapiens hebetatur;  
Ac diffamatur, nec non & luxuriatur,  
Stulte letatur, & ni pigeat, reprobatur:  
Prodiga frenetur gula, ebrietas dominetur,  
Ni compescatur gula, corpus mensq̄ grauetur.

### ¶ De peccato luxuriæ.

**L**uxuriam fugias, castus sine crimine fias.  
Nil domino gratum fit luxuria maculatum,  
Luxuria peccat quisquis consentit in actum,  
Vel cum delectat, consentit, agendoq̄ factum,  
Actus carnalis semper est pernicialis,

## LIBER

Demptis cōiugibus, quib<sup>9</sup> est cōsensus honestus,  
Luxuriæ species dicuntur scilicet hæ sex.  
Inter non nuptos proprie fornix fore fertur.  
Stuprum causatur, cum virgo nolens violatur.  
Coniugis alterius violator fertur adulter,  
Cum sibi cognatis incoestus, vel moniali.  
Cum rapitur raptus, ac opprimitur violenter.  
Contra naturam peccat sodomita nefandus.  
Effuge luxuriam, quæ tollent nempe sophiam.  
Mortificans animam: lædit cum corpore famam.  
Excecat mentem, turbat valde rationem.  
Subuertit sensum, consumit tempora censum.  
Offendit dominum, fert hostes, tollit amicum.  
Vires debilitat, corpus macerat, bona vitat.  
Vocem peiorat, vitam semperq; minorat.  
Lites adducit, & plurima scandala ducit.  
Dona dei tollit, & fortia corda remollit.  
Subtenebrat visum, tandem tollit paradisum.  
Dæmonibus subdit, inferno deniq; trudit.  
Sis semper castus, fugiens & verbula, tactus.  
Ocia, vina, dapes, ludos caueas quasi labes.

### ¶ De peccato iræ.

**I**Ra cor accendit, & protinus ad mala tendit,  
Cur bene frenetur, rationi ne dominetur.  
Ira furens animo de verbis exit in actum.  
Sic triplici numero magnum facit ire reatum.  
Ira cecatur mens: sensus præcipitatur.  
Cor perturbatur, corpus quoq; damnificatur:  
Sensus fuscatur, gustus quandoq; grauiatur.  
Pax eneruatur, discordia progeneratur.  
Lingua venenatur, nec non mors anticipatur.  
Non odias aliquem, potius sed eum tibi placa.  
Quisquis odit fratrem, censetur ob hoc homicida.  
Multa facit dira, si non compescitur ira.  
Cur quasi deliram patientia temperet iram.

### ¶ De peccato inuidiæ.

## FLORETI.

**I**nuidiam fugito, bona fratris amare velito.  
**I**Nam liuor siccum corpus facit, & cor iniquum.  
Inuidus est tristis aliquorum cum bona cernit.  
Gaudet de damnis: bona non noceant sibi quāuis.  
Aemulus impugnat verum, de fratre susurrat.  
Detrahit, accusat, aliosq; iuuare recusat.  
Propter liuorem fraternum frangit amorem.  
Lumine cæcatur, de re munda maculatur.  
Languet, marcescit homo inuidus, atq; senescit.  
Corpore marcescit cernens, q; res mea crescit.  
Effuge liuorem zelando fratris honorem.  
Qui bona fratris amat, semet virtutibus ornat.

### ¶ De peccato auariciæ.

**C**um sis præclarus, non sis cupidus nec auarus.  
**V**ix vlli charus cupidus, cunctis fit amarus.  
Qui capit aut retinet iniuste res alienas:  
Aut peramans gazas domini præponit amori.  
Qui satis est diues, cupit, & nunquā satiatur.  
Et qui pauperibus donare superflua non vult:  
Omnes præfati merito censentur auari.  
Furtum, rapinam, fœnus, fraudem, symoniam.  
Causat auaricia, ludum, periuria, bella.  
Omnes thesauri nunquam satiant cor auari,  
Et plus ardescit ambitio, quando senescit.  
Quanto plus crescit census: plus inde famefcit.  
Gazas quærendo labor est: timor in retinendo.  
Ipsas quærendo dolor est, labor & cupiendo.  
Nunquam stat charus: nec tutus diues auarus.  
Raptorem, furem, pterūq; fore credit egenum.  
Semper egenus eris: si plus semper tibi quæris.  
Cum contentus eris, diues tunc efficieris.  
Gazas lucrando, non sis cupidus nec amando,  
Nec male seruando: sed sis largus bene dando.

### ¶ De peccato in spiritum sanctum.

**Q**ui peccat nimium præsumens de pietate:  
Vel qui desperat de diuina bonitate.

## LIBER

Aut induratus non cessat ab impietate,  
 Et qui fratris odit virtutes improbitate,  
 Impugnans verum certus sine commoditate,  
 Qui non sine piget de culparum prauitate,  
 Contra pneuma sacrum peccat sprete deitate,  
 Quæ primæ quinq; culpæ vix sunt, releuatæ,  
 Sexta caret venia, quia corrui immediate.

¶ De quibusdam documentis cōtra peccata.

**S**Tringe tuam linguam ne mētē reddat iniquā.  
 Lingua cito lædit, & læsio raro recedit,  
 Qui male nō loquitur, magna virtute potitur,  
 Linguam frenare plus est, quā castra domare,  
 Non sis verbosus, iactator, litigiosus.  
 Nunq̄ sis censor, temerarius, aut reprehensor.  
 Non sis defensor peccati, siue recensor.  
 Non sis detractor rumorū, nec nouus auctor.  
 Blandus adulator non sis, nec conuitiator.  
 Nec discordator fratrum, nec improperator,  
 Nec blasphemator, irrisor, siue minator.  
 Non accusabis false; nec murmur amabis.  
 Non diffamabis alios, nec vituperabis,  
 Si diffamari vis, vel vituperari.  
 Non sis scurrilis, rebellis, siue bilinguis.  
 Nunq̄ promittas, nisi promissum dare credas.  
 Non alijs pandas secretum, nec male dicas.  
 Nunq̄ sis mendax, nec vaniloquens, neq; fallax.  
 Noli iurare, nisi res debita quare,  
 Debet & hoc esse verum, licitumq; necesse.  
 Ergo sic frena linguam rationis habena:  
 Nec te confundat, si uerba superflua fundat.

¶ De peccato veniali.

**D**icitur a venia veniale cito sibi danda,  
 Multis nāq; modis dominus veniale remittit.  
 Infra contenta deuote sacra recepta,  
 Si tibi mortale non est, delent veniale.  
 Confiteor, tondo, respargor, conteror, oro,

## FLORETI. LIBER I.

Vngor, ieiuno, patior, conuerto, remitto,  
Signor, edo, dono, doleo, sic fit veniale.  
Quamuis expediat homini veniale fateri,  
Vt tamen hoc faciat non dico quemq; teneri,  
Ni quando dubitat graue illud forsan haberi,  
Vel si non habeat grauius decet ista referri,  
Vt ius perficiat mandans quemcunq; fateri.

### ¶ De excommunicatione.

**T**Anquam peccata semper caueas anathema.  
Nam grauis est poena, quauis sit pro medicina.  
Hæc patitur damna qui magis fert anathema,  
Hic non eligitur, nec eligit, & prohibetur  
Ecclesiæ porta, communio, sic sacramenta  
Traditus est satanæ, precibus caret ecclesiæq;  
Ac sibi legitimus prohibetur quilibet actus.  
Nunquam participes his, quos anathema coercet  
Qualicunq; modo, nisi casu iure remisso,  
Nam secus est iure restrictus claue minore;  
Quæ solum pellit a sacris percipiendis.  
Casus excepti super hoc sunt iure reperti,  
Coniux, & nati, famuli, qui debita quærunt,  
Ignorans super his, & dicens vtile mentis,  
Et qui vitare nequit hos, aut vrgente necesse.  
Participant iure strictis anathemate tute,  
Sunt interdicta, suspensio nempe cauenda.  
Quamuis sint poenæ leuiore: sunt metuendæ.

### ¶ De hominis hostibus.

**T**Riplex est hostis hominis, demō, caro, mūd?  
Non foueas istis, vt sis a crimine mundus.  
Dæmon agit superbū, mundus cupidū, caro foedū.  
Cur cum tentaris caueas ne decipiaris,  
Mundum spernendo vinctes, carnem reprimendo  
Prosternes Satanam: seruando fidem bene sanam,  
Tentans astute, ne cures viuere iuste,  
Vt male delinquas, nec vt peccata relinquant,  
Cur te prudenter serua, meditando frequenter,

A v

## LIBER . . . . .

Nam damnatus eris, si mortaliter morieris.  
 Ut mala deuities, aliquid fac: ociavites,  
 Nunc age, nunc ora, lege, ne vaga transeat hora,  
 Obsta principijs, quia tunc cito mergitur hostis.  
 Quando nimis crescit tentatio, raro requiescis,  
 Crede Deum, qui te semper speculatur vbiq;  
 Qui mala vix celat, sed punit: & ipse reuelat.  
 Nil est tam tectum, quin sit quandoq; repertum,  
 Postea confusus reus est: persepe retrusus.  
 Inspice quanta bona dominus tribuit tibi dona,  
 Præcipue mortem domini bene respice fortem,  
 Ne sis ingratus sibi committendo reatus,  
 Cum male delinquis: iterum Christum crucifigis.  
 Inspice sanctorum, nec non exempla reorum,  
 Gloria pro meritis iustis: mala dantur iniquis.  
 Inspicias animam sic Christi morte redemptam,  
 Ac tibi commissam, cur crimine destruis ipsam?  
 Prospice foetorem culpæ, pœnæq; dolorem,  
 Longa datur pœna: sed delectatio curta,  
 Cerne quot & quanta peccatum det tibi damna,  
 Nulla queunt tantum te ledere, crimina quantum,  
 Cerne diem mortis: quæ pulsat ad ostia fortis.  
 Quot quanti subito moriuntur sæpe memento,  
 Scisq; obibis homo, nescis vbi, quomodo, quando,  
 Iudicium pensa, quo nil remanebit inultum,  
 Cerne graues pœnas, barathri fortesq; catenas.  
 Cerne domum cæli, ne perdas turbine teli,  
 Lauda tuum dominum, ne perdas eius amorem,  
 Sacræ scripturæ studium quoq; sit tibi cutæ.  
 Sic mala vitabis, mentemq; tuam satiabis;  
 Sanctos sectare, prauos noli sociare.  
 Sensus frenare satagas, carnemq; domare:  
 Vino sumendo sis sobrius, & comedendo.  
 Et loca prompta malis fuge, ne sis pernicialis  
 Nam locus errare promptus facit: & fatuare,  
 Hæc bene feruando Christum cū matre rogādo  
 Crimina vitabis, hostesq; tuos superabis,

Nemo tamen credat, quod eum tentatio lædat:  
 Si non consentit animo, quia tunc bene sentit,  
 Debilis est hostis, quia nullum ni velit, vrit.  
 Non est peccatum: nisi per velle patratum.  
 Velle nequit cogi, quamuis queat ad mala pungi,  
 Non excusatur ideo quis, cum superatur,  
 Ergo tuum velle compescens crimina pelle;  
 Vt careas poena læteris in æde serena.  
 Te bene conante domino simul auxiliante.

¶ Caput. iiii. de septem sacramentis.



Contra peccata deus instituit sacramenta:  
 Per quæ delentur commissa, futura cauentur,  
 Gratia confertur, & sic bona vita refertur.  
 Percipe mente pia septem fidei sacramenta,  
 Nā male delinquit, quæ digne non sacra sumit.  
 Baptizor, firmor, poeniteor, cibor, vngor.

Ordine promoueor, gratis cum virgine iungor:  
 Ordo, thorus, velle sumuntur, quinque necesse.  
 Ordinatur & firmatur presul, dat quinque sacerdos.  
 Ordo, baptismus, firmatio non iterantur,  
 Cætera sumpta semel sacramenta valent iterari.

¶ De baptismo.

Est aqua materia baptismi, verbaque, forma.  
 Ac baptizantis intentio debet adesse.  
 Baptismi fructus est plena remissio culpe:  
 Gratia confertur: & poena remittitur omnis.

¶ De confirmatione.

Presul, fons, chrisma: firmatur intentio, verba.  
 Gratia donatur: constans ad bella paratur.  
 Qui tenet in fonte, vel unctum chrismate fronte,  
 Efficitur talis pater eius spiritalis.

¶ De poenitentia & eius speciebus.

Contra peccatum graue post baptismum patratum,  
 Extitit inuentum sacrae poenitentiae sacramentum,  
 Conteror in corde, mala confiteor simul ore.

## LIBER

Emendans opere deus indulget sibi vere,  
Pœnitet, atq; dolet, & crimina dicere spondet,  
Vultq; satisfacere contritus iniqua cauere,  
Crimina commemora, tua collige, flebilis ora,  
¶ De confessore eligendo, & de  
conditionibus confessoris,

**E**Lige prudentem: te soluere iure potentem,  
Crimina diminuit confessio, cuncta reuela  
Vni presbytero, nullum graue sponte tacendo,  
Integra, festina, simplex, confessio fida,  
Vera, libens, clara, discreta, frequens, sit amara,  
Accusans propria, parens, humilis; rubicunda,  
¶ De modo confitendi; & circumstan-  
tijs aggrauantibus peccatum,

**V**T reminiscaris hoc ordine confitearis,  
Dic de criminibus mortalibus & speciebus,  
Dic de mandatis domini per te violatis,  
De male perceptis dicas etiam sacramentis,  
Dic si contemnis virtutes: vel caruisti  
De septem factis pietatis; de male factis,  
Dic sensus quinque, nec cætera membra relinque,  
Dic bene quæcunq; mala feceris ac, vbicunq;  
In factis, dictis, consensu, siue relictis,  
Quæ non dixisti, dudum dic, si recidisti  
In graue peccatum, per te dudum recitatum,  
Res circumstantes dicas peccata grauantes,  
Saltem mutantes, crimenq; nouum generantes,  
Ista grauant vitium, dignus, status, & reciduum,  
Conditio, numerus, locus, ordo, scientia, tempus,  
Copia, causa, mora, modus, ætas, lucta pusilla,

¶ De conditionibus boni confessoris,

**C**onfessor blâdus, verax, prudēs, pius, æquus,  
Hortatur; querit, terret, punit, mala soluit,  
Postea sit tacitus: vt celet crimen alius,

¶ De modo iniungendi pœnitentias,

**C**ontra peccata detur contraria pœna,  
Supplicet elatus, maceretur luxuriosus,



## FLORETI. LIBER

Propria det cupidus, ieiunet sepe gulosus,  
Inuidus os tundat, iratus corde remittat.  
Audiant officia peregrinans acidiosus,  
Citius restituat si possit perniciosus.  
Reddere si nequeat, saltem sit prompta voluntas.

¶ De illis, qui tenentur ad restitutionē.

**F**ur, vsurator, symon, vrens, quoq; raptor.  
Iuris deceptor: alienarumq; repertor.  
Rector, dilapidans, quoduis damnū male donās,  
Reddere si quid habent, vel amore dei dare debēt,  
Iuxta consilium confessorum sapientum:  
Mandans, consilians, socians, adiutor, adulans,  
Celans, participans, defendens, atq; receptans,  
Quilibet & fautor reddat, nisi redderit actor.

¶ De casibus remittendis ad superiorē.

**H**is, quibus est poena solēnis percipienda,  
Crimine pro magno toti ville publicato.  
Qui facit incestum, deflorans, aut sodomita,  
Patrum percussor, sacrilegus, aut homicida,  
Et voti fractor, periurus, sortilegusq;  
Pontificem querat, nec non qui miserit ignem:  
Quilibet arctatus anathemate, siue ligatus,  
Per Papam, feriens clericum, falsarius, vrens:  
Et qui sunt ausi missas celebrare ligati,  
Simon si fuerit, nec fallit regula talis.  
Clericus ex culpa confectus a normalis acta,  
Ignem succensus ad dandum damna perurens,  
Debent Pontifici communi iure remitti:  
Vt dictos soluat, ad maiorem ve remittat.

¶ Quomodo confessio est iteranda;

**S**i fuerit ignarus confessor, vel sine posse.  
Sive fatens tacuit aliquod mortale scienter.  
Aut anathema tacens, sic solui iure nequibit.  
Oblitus poenæ non factæ iam sibi iustæ,  
Est dudum facta confessio sic iteranda.

¶ Quomodo poenitentia iniuncta  
non est dimittenda sed facienda.

**P**ostea fac digne poenam faciendo benigne.  
 Nam male delinquit, poenam sponte relinquit.  
 Nemo satisfacere poterit de crimine vere:  
 Stans in mortali peccato tunc aliquali.  
 Iusta tamen poena (quamuis non sit bene plena)  
 Non est linquenda pro crimine, sed facienda.  
 Nam faciens iustum, referes per hoc tibi fructum:  
 Omne malū punit deus, omne bonū quoque reddit.

¶ Ad quid valent opera facta in peccato mortali.

**O**mnia quæ fiunt in mortali, bona profunt.  
 Nā mundi bona dant, & demonis arma refrenat,  
 Mentis illustrant citius, tormenta minorant,  
 Ad maiora bona donant vsum facienda.  
 Non tamen æternam possunt acquirere vitam,  
 Ne cum purgantur homines hęc viuificantur.  
 Sed bona, quæ fiunt post mortificata, reuiuunt.

¶ De sacramento altaris.

**I**n cœna sumtum Deus instituit sacramentum.  
 Sub panis specie, cum discipulis tribuit te,  
 Ac specie vini; dicens hoc dicite cuncti,  
 Missa celebratur vt mors Christi recolatur,  
 Vt Deus oretur specialibus & veneretur,  
 Et confortemur, & pane sacro faciemur.

¶ Quid significant ornamenta ecclesie.

**D**ant ornamenta tibi presbyter documenta.  
 Signat sub tunica, quod mens debet fore munda,  
 De super astrictus spem de superis dat amictus,  
 Vult candor tunice spondeas te viuere caste:  
 Signat cinctura tibi, quod non fit vaga cura,  
 Per manipulum leue contemnuntur mala vitæ,  
 Stola notat semper Christo seruire decenter  
 Stringens cuncta foris notat infula foedus amoris.

¶ Quid significat altare, & ea quæ supra ponuntur.

**D**esignat signū crucis ara, calixque sepulchrū.  
 Sed panis carnem Christi, Vinumque cruorē,  
 Sudorem dat aqua, sudaria, linea pala.

## FLORETI, LIBER I

Verba liber scriptus, quæ ptulit in cruce Christus.

¶ De forma & materia missæ.

**I**N missa forma sunt verba Iesu benedicta.

**P**anis materia, cum vino vitis, & vnda.

Candida triticea, non magna, lenisq; rotunda.

Expers fermenti, non mixta sit hostia Christi.

Presbyter hæc sacrat, intentio si tamen extat.

¶ Oratio dum leuatur corpus Christi.

Sacra videns, ora genibus tu flexis adora,

Dicens deuote hos versus, quos doceo te.

**S**alue saluator mundi, rex atq; creator.

**S**qui Deus & homo, natus de virginis aluo.

Te Deus exoro supplex, & pronus adoro,

Vt mihi condones, & cæli gaudia dones.

Nec non defunctis, viuis, fidis quoq; cunctis.

Oratio dicēda dū leuatur eius sanguis.

**O** Sanguis Christi, qui fusus amore fuisti

Contra luxuriā, contra gulā, quoq; & iram,

Contra superbiam, contra simul & accidiam;

Contra superbiam; contraq; auaritiā,

Humani generis nobis præcor auxiliaris.

Dele peccata, da nobis regna beata.

Quomodo quilibet debet reci-

pere corpus Christi.

**Q**uisquis dei sumēs corpus, sit ei bene credēs:

Orans, deuotus, ieiunus, crimine lotus,

Sitq; timoratus, non vlla clauē ligatus.

Pransus percipere poterit cogente necesse.

Corpore percepto te custodire memento,

Nequaquam sancto pellas quid de sacramento,

Redde Deo grates, orans tibi det bonitates.

Ne sis ingratus, caueas quoscunq; reatus.

De extrema vnctione quomodo debet

fieri, & vbi, & ad quid valet.

**P**resbytero debet infirmus adultus inungi.

**I**n septem membris, oleo, cruce, quoq; verbis.

Vngitur infirmus, vt maior gratia detur.

Sit leuior morbus, & poena minor toleretur.

¶ De septem ordinibus.

**O** Rdo septemus est claro munere plenus:  
Tres sūt maiores, sūt bis duo nēpe minores.

Ianitor est primus, lector vult esse secundus.

Exorzista subit, hinc acolytus, sibi nubit.

Sub leuita subest, leuitaq; sacrior hoc est.

Septimo collatus est ordo presbyteratus.

Gratia cum posse datur, imprimiturq; character.

¶ De horis dicendis, & a quibus.

**Q** uilibet istorum, qui sit susceptor eorum.

Ad sacra promotus, debet necnon titulatus.

Horas quotidie septenas dicere rite.

¶ Ad quid dicuntur horæ,

& quid significant.

**V** T collaudet Christus, & mors memoretur.

Nocte Iesus captus, damnatur iudice prima.

Ducitur in tertia, sexta crucifigitur hora.

Mortuus est nona, fuit lancea vespere fixa.

Conditur extrema, cū septem diximus horas.

¶ Quomodo horæ debēt dici.

**C** Lericē paufando dic horas: non properando.

Dicas attente, dic totum sup plice mente.

Dic iuxta morem, primo dicatq; priorem.

Cunq; deo loqueris orans, non ergo vageris.

Synopa vitetur, versus non anticipetur.

Donec finitus omnino sit bene primus,

In templo vanum fuge cantum, dilige planum.

Non clames tantum: vt cogaris linquere cantum.

¶ De sacramento matrimonij, &

vbi statutum fuit: & ad quid.

**C** Oniugium primo statuit Deus in paradiso.

Associans hominem, quos fecerat, & mulierē.

Ad prolem dandum, legaliter atq; fouendum:

Fit quoq; pro culpa luxus carnis fugiēda.

Coniugij bona sunt proles, fides, sacramentum.

Hæc tria nubentes debent seruare fideles.

## FLORETI.

Vt prolem generent, semperq; fidem sibi seruent:

Vt conseruentur semper simul atq; iuuentur.

¶ Quot requiruntur ad coniugium:

& de impediētibus ipsum.

**F**it quoq; coniugium consensu; sed decet ipsum

Consensum signis ostendi, siue loquelis.

Quando tractatur coniugium, tunc videatur,

Antequam factum sit, si pateat impedimentum,

Nam male peccarent, si contra ius sociarent,

Error, conditio, votum, cognatio, crimen,

Cultus, disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas.

Si sis affinis, sic forte coire nequibis.

Hæc faciēda vetant, connubia facta retractant.

¶ De tempore prohibente coniugium.

**S**ex feriæ vetitum prohibent, sed non ea soluant.

Aduentus differt sponso, Fœlix quoq; confert.

Septuagesima negat, pascha lux noua relaxat,

Litania vetat: sed trinum numen adunat.

¶ Caput. v. de virtutibus, & primo in generali.



Riminibus lotis de mente tuacq; remotis,

Inserere virtutibus semen; que sint tibi scutū.

Nequando viuas in peccatum recidiuas.

Sitq; tibi lumen, quo possis cernere numē.

¶ De virtutibus theologali-  
bus, & quatuor cardinalib<sup>9</sup>.

**S**eptem virtutes habeas, aduersa refutes,

Esto fide firmus, spe rectus, amore ligatus,

Prudens, & iustus, animo fortis, moderatus.

¶ De donis spiritus sancti.

**D**onis impleri procura flaminis almi.

Esto timens, pius, atq; sciens, factis bene consul,

Hinc intellectus, sapientia dona dei sunt,

¶ Octo beatitudines.

**S**is bene dotatus, vt sis in fine beatus.

Sis pauper, mitis, flens, ius sitiens, miserator.

B

## LIBER

Mundus pacificus, sic vult mundi ipse creator.

Per septem merita dantur tot præmia magna,

Pauper enim regnat, mitis possessor abundat.

Flens consolatur, iustum sitiens satiatur.

Fit pietasq; pijs, dominum mundusq; videbit.

Est quoq; pacificus domini proles & amicus,

¶ De fide, & circa quæ consistit.

Vera fides credit, quæ non videt, his, & obedit.

De qua præscripsi, cur his non plus tibi scripsi.

¶ De spe & affectibus eius.

**A**ternam spectat vitam spes, & meritis stat

In domino fixa, secus est præumptio dicta,

Spernit terrena spes, cæli sperat amœna.

Aegris solamen, tribulantis dat releuamen,

Non in diuitijs proprijs speres vel amicis,

In domino spera, qui donat gaudia vera,

Qui vult prodesse speranti, nescit abesse,

Debet quisq; fore cum spe, simul atq; timore.

Vt non diffidat peccans, nimium neq; fidat.

¶ De charitate, & primo in generali.

**C**harus amor dictus est vere maxima virtus,

Qua fit homo gratus domino, tãdẽq; beatus.

Constat amans plenus virtutibus, alter egenus.

Nullus habet florem meriti, nisi propter amorem.

¶ A quo incipit, & quomodo diligẽdus  
est quisq; indifferenter.

**O**rdo seruetur vt primo deus perametur.

Postea dilige te sup omnia, sed magis hũc te,

Proximus est hinc plus peramãdus iustus amicus.

Postea vult dominus vt ametur inimicus.

In quantum bonus est homo, sed non vt iniquus.

Post corpus proprium perametur & hinc alienũ.

Dilige sic homines, vt eorum crimina vites.

Ac odias culpas hominum, non qui facit ipsas.

¶ De prudentia, & circa quæ cõsistit.

**P**ræsens in rebus transactis solertia nectit.

Constat in insidijs prudentia vera cauendis.

## FLORETI.

Ac disponendis sapienter rebus agendis,  
Præsens dispone, transactum mente reponc.  
Prospice ventura; sic est prudens tua cura.

Cumq; quid vis agere, debes bene primo videre:  
An tibi conueniat, liceat, simul vtile fiat.

Omnia prudenter fac: finem cerne frequenter,  
Et primo metue; quæ possunt inde venire.

¶ De iusticia, & impredientibus ipsam.

**E**sto vir iustus, cunctis reddendo suum ius.

Redde creatori ius, maioriq; minori.

Serua dulcorem iuris moderando rigorem,

Sæuit iustitia, nisi sit pietas sibi iuncta.

Vt bene procedas, non verbo nimis cito credas.

Te prius informa, ne lædas quem sine norma.

Qui subito credit alios, & se male lædit,

Quicito procedit, a iusto sæpe recedit.

Turbant sæpe metus, odium, dilectio, munus

Iudicium rectum, cur est vtrunq; cauendum,

Non licet iniustam te causam ducere iustam.

Dicas prudenter seruando iura decenter.

¶ De animi fortitudine.

**F**ortis sis animo, semper peccata cauendo.

Sis constans, fortis, cum tentat te malus hostis.

Tempore si mœsto vexaris, fortior esto.

Nam post aduersa dominus bona dat vice versa.

Vt non deficias, constans in turbine fias.

Tunc debes esse mage fortis quando necesse.

Semper magnanimus aduersis fortior est plus.

¶ De modestia vel temperantia.

**V**t domino gratus viuas esto moderatus.

Non vult sobrietas ratione frangere metas.

Quanto plus poteris, in cunctis te modereris.

Vincere cor propriū plus est, quā vincere mundū.

Temperet excessus, qui non vult esse repressus.

Semper adest vitium, si non sit temperamentum.

Quanto maior eris, moderatior esse teneris.

B ij

## LIBER

Nam cito stultus eris, ni velle tuum modereris.

¶ De timore, & circa quæ consistit.

**P**Re cunctis timeas dominū, simul & reuerere.

Nisi deum timeas, opus est te cuncta timere.

Si dominum metuis, contraria nulla timebis.

Si quis amat dominū, semper reueretur ipsum.

Humano amore non est amor absq; timore.

Non sibi seruilis: sed amicabili & reuerenti.

Non timeas hominem, nec mundum te tribulantē.

Sed dominum metue: qui regnat semper vbiq;.

Qui valet in patria te ponere, siue gehenna.

Si Christum metuis, semper peccare cauebis.

Si metuis dominum, tibi donabit paradysum.

¶ De pietate & misericordia.

**S**I vis gaudere, semper miseris miserere.

Si pius es miseris, pietate Dei poteris.

Vtilis est pietas, plusquā terrena potestas.

Nemo potestate saluatur, sed pietate.

¶ De operibus misericordiæ corporalibus.

**S**Eptem corporea fac corporibus pia facta.

Palce famentes, pota nimium sitientes.

Indue nudatos, redimas de carcere captos.

Aegros conforta, peregrinos collige porta.

Defunctos sepeli, sic sumes gaudia cæli.

¶ De operibus misericordiæ spiritualibus.

**S**Eptem fac opera pia, spiritalia dicta.

Corrige peccantes: ac instrue pauca scientes.

Consule non doctis, exora pro tribulatis.

Conforta mœstos: porta patiens onerosos.

Offensas sponte ledenti corde remitte.

¶ De elemosyna, quibus prodest,

& quando debet fieri.

**S**I tibi sit multū, studeas dare multa frequēter.

Si tibi sit modicum, da iuxta posse libenter.

Si non sufficiat dare, sit tibi prompta voluntas.

Si dare non poteris, saltem pro velle mereris.

Tempus confirmat elemosyna foedera firmat.



## FLORETI.

Christo conciliat, dantes a crimine seruat.  
Crimina mortificat, redimit, poenamq̄ relaxat,  
Gratos conseruat, miseros semperq̄ visitat.  
Omnia multiplicat bona, pro donantibus orat.  
Dæmonis expugnat fraudes, a morteq̄ saluat.  
Prodest defunctis purganti carcere vinctis,  
Hic cui das munus, sit vel uideatur egenus,  
Res quam das propria sit, Christus sit tibi causa.  
Da bona dū tua sunt, quia nūc data plus tibi profūt,  
Quam si præberes, cum non retinere valeres,  
Erras si speres, quod plus te diligat hæres  
Sub terra positum, quam tu te diligis ipsum.

### ¶ De scientia & ignorantia.

**M**ulti multa sciunt; & se bene scire relinquunt,  
Temet cognosce, dominū cognoscere polce.  
Tu melior fieres, si te prorsus bene scires,  
Quam si negligeres, te cætera corde teneres.  
Dilcere ne cesses, si doctor maximus esses.  
Nam per doctrinam poteris vitare ruinam,  
Non curans scire, merito quod scire tenetur.  
Si super hoc erret, non excusatus habetur.  
Præcipue regere, qui debet sibi docere.  
Est quasi vile pecus ignorans, & quasi cæcus:  
Cæcus ducens cæcum; facit ipsum sternerē secū.

### ¶ De consilio, & experientia.

**O**mnia consilia tua sint in numine fixa,  
Non te præcipites, si consilio domini stas,  
Consilio tracta maturo propria facta:  
Nam cito peccabis, quando nimis accelerabis.  
Consule maiores, prudentes, & meliores.  
Ut non deficias, nec damnosus tibi fias,  
Consilium verum docet experientia rerum,  
Amplior in senibus est experientia sensus,  
Si defendendo causam sumas vel agendo,  
Hoc fac consulte, nec consumas bona stulte.

### ¶ De intellectu.

## LIBER

**T**Vnc intellectus hominis constat bene rectus,  
Cū super omne Deū timet, ac intelligit ipsum.  
Ac recte credit, & iussibus eius obedit.  
Cur intellectum teneas in numine fixum.  
Sæpe roges dominum, qui confert hoc tibi donū.  
Hunc non abscondas in terra, sed bene condas.  
Vt tibi donatum reddas domino geminatum.  
Si collauderis a Christo, non reproberis.

### ¶ De sapientia.

**E**st immortalis sapientia spiritualis.  
Quamuis mundana, fertur sapientia vana.  
Christū diligere super omnia, crimina flere;  
Mente Deum gerere, peccata futura cauere;  
Mundum despiciere, cælestia corde tenere,  
Singula sic sapere sicut sunt, sic & habere;  
Hæc est sincerae mentis sapientia vere.  
Exoptat supera mentis sapientia vera,  
Dei at scelera, mundum contemnit & æra,  
Optima discernit a prauis, crimina cernit.  
Omnia vult agere consulte, recta tenere.

### ¶ De paupertate.

**P**aupertas grata virtus est magnificata,  
Cui sunt collata cælorum regna beata.  
Pauperies læta, stat multa laude repleta.  
Cor leuat ad Christū, quia mundū non amat istū.  
Spernit terrena, paradisi sperat amœna.  
Paruo contenta, patiens; non est violenta.  
Quamuis inducta male fit, stat libera tuta,  
De modico læte viuit, sine lite, quiete.  
Vix aliquē lædit, humilem mentē quoq; reddit.  
Carnem compescit, quia non bene pasta macrescit.  
Munere ditatur, diuino fine beatur.  
Est humilis talis pauper, fit spiritualis.  
Nam non inflatur, quare super astra leuatur.

### ¶ De humilitate.

## FLORETI.

**S**is humilis mente, verbis, factis retinens te.  
**S**is humilis gestu, semper meditando quis es tu.  
Nullum contēnas, sed te, mundū quoq; spernas,  
Sperneq; te sperni; noli laudatus haberi,  
His gradibus quinq; referes humilis bona vitę.  
Quanto dignior es, humilis potius fore debes,  
Qui non est humilis, confundetur quasi vilis.  
Cerne quid es, vel quid eris. humilis sic efficieris,  
Vile cadauer eris, hoc ergo frequens mediteris.  
Subdi maiori decet, equariq; minori.  
Sic humiles grati, Christo sunt associati.

De mititate, & mansuetudine.

**S**is animo mitis, vt odorem des quasi vitis,  
**S**esto mansuetus, & simplex, atq; quietus,  
Hęc faciunt hominē domino similem q; placentē.  
Non reddas pravis malefacta, sed esto suavis,  
Hoc tibi dat meritū, Deus autem punit iniquum.  
Cum magis es dignus, debes magis esse benignus.  
Namq; fit indignus domini, pietate malignus.

¶ De malorum contentione.

**S**i vis saluari, debes primo lachrymari:  
**Q**ui bene plorabit, Deus ipsum lætificabit.  
Flere pro peccatis, & pro miseris tribulatis.  
Pro desiderio paradisi flere memento,  
Si non des lachrymas, ipsas optando gemiscas.  
Cum de corde venit dominū mox lachryma lenit.  
Mentem lætificant lachrymę, peccamina purgāt.  
Et Christum placant, paradisi gaudia donant.

¶ De virginitate & castitate.

**S**is mundus corde, verbis, factis sine sorde:  
**V**t dominum vere possis super astra videre.  
Mundicię vitam virgo tenet, & benedictam,  
Dicitur angelicus merito vir virgo, pudicus,  
Virginitas flores virtutum fert, & odores.  
Humanos mores transcendit, & auget honores.  
Propter maiores mundanos spernit amores.

B iij

## LIBER

Si virgo non sis, castus tamen esse teneris.  
Cuiuscunq; status quisq; debet fore castus.  
Si non sit castus; nemo poterit fore saluus,  
Non sunt foedati, sed mundi corde beati.

### ¶ De pace.

**E**sto pacificus, & pacis semper amicus,  
Cum cunctis pacem coneris habere tenacem.  
Christus pacificus dixit sermone beatos,  
Nascens portauit pacem, moriens reparauit.  
Surgens induxit pacem, testando relinquit.  
Conserua triplicem Christo fratri tibi pacem.  
Ecclesiam placa; suffragia sint sacramenta.  
Hostes pacifica, sedita prudenter iniqua.  
Pax confert lætam vitam, mentemq; quietam.  
Sedat rancōres, fouet, & augmentat honores.

### ¶ De patientia.

**V**ir patiens esto, nunquam sis corde molesto.  
Nemo sui dominus fertur patiens, nisi verus.  
Serua prudenter animam viuens patienter.  
Nam flos cunctorum fertur sapientia morum,  
Fert mala cum pausa, nemo patitur sine causa.  
Quamuis hic multa patiatur homo sine culpa,  
Hic homo torquetur, vt sic patiēdo probetur.  
Vt mens purgetur, & præmia multa lucretur.  
Ne sublimetur, vt Christo gloria detur.  
Vt præseruetur, ne perpetuo crucietur.  
Vt mala prudenter tua portes & patienter  
Inspice maiores aliorum sæpe dolores.

### ¶ De obedientia.

**D**ebet obedire domino quicunq; subire  
Vult regnum cœli, parando corde fideli,  
Qui non parebit, cœlesti cede carebit,  
Qui bene parebit, paradisi munus habebit,  
Vt nequeas ledi, maiori semper obedi,  
Ni tibi constaret, q̄ non licitis oneraret,  
Non est illicitum iussum maioris agendum.

## FLORETI.

Est domino semper parandum cuncta regenti  
Plusquam praelato, non iustum præcipiente.

¶ De contemplatione, & vita actiua.

**C**ontemplare bona cæli, pascens tibi dona,  
Clugiter æterna conferri, sede suprema.  
Ut sic terrena spernas pro luce serena  
Dicitur actiua bona vita, bonum faciendo.  
Contemplatiua melior fit excelsa petendo.  
Martha bona partem sumpsit domino famulando.  
Magdalena tamen melior fert speculando.  
Cur speculatiuus in domino sis, vt bene viuas  
Sancta gerens opera, sic sumes gaudia vera.

¶ De oratione.

**S**edululus exora, deum reuerenter adora.  
Ut sibi nunc gratum faciat te; postq; beatum.  
Sæpe deum placat oratio, cor bene mundat,  
Hostes exuperat; cælos penetrando subintrat,  
Christo præsentat; quæ posces sedulus optat,  
Auxilium præstat, his quos tribulatio vexat,  
Nos Deus orare iussit, simul & vigilare,  
Discipulis formam dans, orandi quoq; normam  
Quæ breuis est, digna tamẽ in se cuncta petenda.

¶ Septem petitiones orationis dominicæ.

**O** Pater in cælis regnans, te posco fidelis.  
Nomen primo tuum sit semper sanctificatũ.  
Adueniat regnum cæleste tuum benedictum,  
Velle tuum terris, fiat per nos & in altis.  
Da panem nostrum nunc nobis cotidianum,  
Et parcas nobis mala, sicut nos inimicis.  
Et si tentemur, non permittas separemur.  
Sed nos a cunctis, defende malis iniquis.

¶ De conditionibus orationis,

**S**it deuota, gemens oratio, sit pia, seruens,  
Pura sit, assidua, discreta, sit operosa.  
Iusta sit, ac humilis, attenta, sitq; fidelis.

¶ De ieiunio, & quomodo debet fieri: & de p̄cepto.

B v

## LIBER

**A**bstineas seruans ieiunia, nulla relaxans:  
Quæ iubet ecclesia seruari, scilicet.  
Vult Christus natus, ascensio, spiritus almus,  
Sumpta dei genitrix, ieiunando vult venerari  
Ante diem festi, nec non apostolus omnis.  
Exceptis Iacobo, Philippo, sicq; Ioanne.  
Cum quadragesima iunguntur tempora quarta:  
Equæ Pontifices, in sede sua instituere.

¶ Quomodo debet fieri ieiunium  
de consequentibus ad ipsum.

**C**um ieiunabis, horam non anticipabis,  
Crimina vitabis, epulis non te onerabis,  
Pauperibusq; dabis, dominum laudando rogabis,  
Carnem castigant ieiunia: crimina vitant,  
Ad dominum mentem eleuant: faciuntq; placentē.  
Donant virtutes, & præmia, dantq; salutes.

¶ De verecundia.

**E**sto verecundus, si vis fore crimine mundus,  
Erubeas fari res turpes, ac operari,  
Custos virtutum pudor est, contra mala scutum,  
Virtutum florem perdis, perdendo ruborem.  
Non tamen erubeas tatum, q; commoda linguas.  
Quæ debent fieri, seu crimina cuncta fateri.  
Nā rubor hic stultus crimen est, & nō bona virtus.  
Sæpe rubor generat scabiem, quia nescius extat.

¶ De veritate.

**S**is verax opere, sis corde verus, & ore.  
Verax laudatur, sed mēdax vituperatur.  
Verus doctrina sis, iusticia, quoq; vita.  
Hoc semper teneas, nec propter scandala linguas,  
Nunquam mentiri debes, nec falsa tueri.  
Ut mala vitentur, aliquando veratacentur,  
Sed cum iurabis, tunc quicquid scis referabis,  
Verum non celes vnquam, nec mala reueles.

¶ De moderatione linguæ.

## LIBER

**N**on sis infestus, in cunctis esto modestus.  
Optima res modus est, nã semp ad omnia prodest.  
Noli laxare linguam, quoniam reuocare  
Non poteris verbum, quod dices forsan acerbũ:  
Coram quo dicas, quid, quomodo, quãdo requiras.  
Dicas dicenda docte, sileas reticenda:  
Modice responde pulchre, taceas verecunde,  
Vt sic placetur: quando te maior habetur,  
Cum de maiore loqueris, sis cautus in ore:  
Vtere sermone moderato cum ratione,  
Qui spuit ad cælum, sputum foedat sibi vultum.

### ¶ De fidelitate.

**S**i vis in cælis fore gaudens, esto fidelis.  
Cunctis præfertur vir, qui legalis habetur.  
Legalis domino sis, semper ipsum amando.  
Ac sibi parendo, nec non ipsum reuerendo.  
Et dispensando domini bona, & multiplicando.  
Legali prior non est, nec nomine maior,  
Tanquam perfectus legalis stat bene rectus.  
Non vult fraudare quemquam, nec damnificare.

### ¶ De ingratitudine.

**N**on sis ingratus domino: si vis fore gratus.  
Redde vices danti, plus qui dat cuncta tonãti.  
Sumens donatum, debes te reddere gratum.  
Grates reddendo verbis, factis recolendo.  
Dicitur ingratus benefactori, male gratus:  
Obliuiscendo, non reddendo, ve nocendo.

### ¶ De solutione debitorum.

**D**ebita solue cito, ne damnum detur amico.  
Si cito non soluis, te ipsum crimine voluis.  
Soluere si tardas, fieri tibi grata retardas.

### ¶ De discretione.

**V**irtutum nutrix discretio dicitur esse.  
Insuper est nutrix, quare non debet abesse.  
Esto discretus, rerum libamine fretus,  
Non bene discernes, nisi te ratione gubernes.

## LIBER

Omnia discerne, quæ sunt bona, vel mala cerne.  
Elige, quæ bona sunt, sed respue, quæ nimis obsunt.  
Sis circūspectus, vt nunquā sis male tectus.  
Et sint directa per te, quæ sunt male recta.

### ¶ De prudentia.

**P**rouideas cura vigilantī sepe futura.  
Non nocet cura, quæ sunt, caueas nocitura.  
Ac bona procura, non spectans tempora dura,  
Ne tibi quid desit, prouisio prouida præsit.  
Qui de uenturis non prouidet, erit inermis.  
Non confundetur, qui præmunitus habetur.  
Nescit prouidisse, qui nescit prouidus esse.  
Prouidus est plenus, improuidus extat egenus.

### ¶ De largitate.

**S**is largus & parcus, non vastator, nec auarus,  
Stat medio virtus, extrema tenet loca virus.  
Prodigus est dando, nimium cupidus retinēdo.  
Largus dans danda, parcus retinens retinenda.  
Prodigus in vanis consumit, cur fit inanis;  
Qui sua consumit, eget, & post vndiq; sumit.  
Prodigus est prauus, sed peior fertur auarus,  
Nam semper obest alijs, nunquam sibi prodest.  
Quilibet excessus malus est, cur sit bene pressus,  
Tu medium retine, modus est seruandus vbiq;  
Serua mensuram semper multum valituram.  
Da cito gaudenter, gratis, iuste, sapienter.  
Nam dona decorant hæc, & meritum meliorant,

### ¶ De prædicatione, & conditio- nibus prædicatorum,

**V**t valeas esse doctor bonus, ista necesse  
Sunt tibi præcipue, quæ debes corde tenere.  
Sic tibi vita decens, bona lingua, scientia prudens.  
Conueniensq; modus, intentio sit tibi Christus.

### ¶ De his q̄ prædicanda sunt, & quomodo.

**C**ommoda dic verba, sint sacra lege probata.  
Sic vt ab errore doctor caueasq; pudore,  
Sancta fides, culpa. virtus; & gloria plena,



## FLOR ETI.

Hæc sunt præcipue per te sermone probanda.

Sermo tuus gratus, sit verax, præmeditatus.

Clare prolatus, feruens, bonus & moderatus,

Vtilis, ornatus, sit congruus, atq; probatus.

Non tamen elatus sit, nec nimium phaleratus.

Semper sermones fac iuxta conditiones

Illorum, qui sunt præsentis, nam magis profunt,

Verba dei recita, documentis facta merita.

Prodest doctor ita, si constet ei bona vita.

### ¶ De correctione.

**F**ratem corripere peccantem quisq; tenetur.

Vt careat scelere, ni quando per ista timetur.

Deterior fieri, vel non correctus haberi.

Vel si speretur, q; proximus inde grauetur.

Aut si tardetur; quia nondum tempus habetur.

In simili peccans publice superis prohibetur.

Vt bene corrigere valeas te corrige vere,

Vt sic correctus possis reprehendere rectus.

Qui non corrigitur aliorum facta videndo:

Corrigitur digne aliorum malefacta sequendo.

Prauos corrigere virtus est maxima vere.

Iusti vexantur, nisi pravi corripiantur.

### ¶ De somno & vigilia.

**P**rudenter vigila, nec fallat mors neq; culpa.

Sunt promissa bona vigilantibus atq; corona.

Se bene dictabit meritis, bene vigilabit.

Sunt dormitantes reprobat, non vigilantes.

Christus ad orandum monuit nos, & ad vigilandũ.

Vt cum tentemur, in nullo decipiamur.

Nã veniet absq; mora mors, qua nõ creditur hora.

Debes vitare nimium sero vigilare.

Nam vigilare nimis sero, nocet quando fit ignis.

Nempe sitim generat, in verbis tempora vastat.

Corpus sæpe grauat, animam quandoq; molestat.

### ¶ Multa mala quæ facit nimius somnus.

## LIBER

**N**Oli dormire nimis, aut pausando pigrire.  
Somnus enim nimius; est valde sæpe nociu<sup>9</sup>.  
Cor enim reddit pigrescens, rheumata nutrit.  
Vulnerat & mentem, sic ocia vana sequentem.  
Tempus perdendo, & vitij's alimenta gerendo,  
Dat lasciuire, carnem, faciendo perire,

¶ Quomodo se debet homo regere  
dum intrat lectum, & quid dicere de-  
bet dum se leuat.

**C**Um vis dormire, debet crux sancta præire,  
Te sic cõmendes domino reuerēter, & ores:  
Me tibi commendo semper Deus alme, petendo  
Ut male pausantem conseruet, & vigilantem.  
Me tibi virgopia genitrix commendo Maria.  
Tu mihi saluatrice, sis semper & auxiliatrix.  
Angele, qui meus es custos pietate superna,  
Me tibi commissum serua, defende, gubernas.  
Sis mihi tutela Michael, Raphaelq; medela,  
Et Gabriel fortis sis contra pericula mortis.  
Hæc eadem facies de somno quando resurgēs,

¶ De constantia.

**S**i vis regnare, studeas bona continuare.  
Fac bona continue, poteris sic viuere tute.  
Omnes virtutes currunt quærendo salutes,  
Continuans cursum scandit constantia sursum.  
Incipiunt multi, non perficiunt bona stulti.  
Stultus mutatur, vt luna cito variatur.  
Quilibet a vento agitur sicut arundo.  
Sed prudens, constans, vt sol sua lumina præstat.  
Quod bene cõpisti, comple: nam præmia donat  
Christus vincenti, finis, non pugna, coronat.

¶ De custodia quinque sensuum.

**C**ustus, odoratus, auditus, visio, tactus.  
Per te claudantur, ne sordes ingrediantur.

¶ De visu.

**N**Oli respicere, quæ possunt visa nocere;  
Auertas visum tibi, ne tollat paradisum.

## FLORETI.

Intrat mors animas per visus sæpe fenestras:  
Cor clausis portis euitat vulnera mortis,

¶ De auditu.

**A** Verbis vanis, mendacibus, atq; prophanis,  
Aures auertas, & ipsa ad commoda vertas,  
Audi sermones, missas, horas, orationes,  
Sic te dispones ad rectas conditiones.

¶ De odoratu.

**N**on sit odoratus, nuncq; tuis immoderatus.  
Chrib<sup>9</sup> odor tibi sit, cū plusquā cetera prosit.

¶ De gustu.

**S**tringe tuū gustū, qui vult consumere multū,  
Plurima gustare, vult ventrem sepe grauare.  
Si gustum sequeris, nunquā bene proficiaris,  
Si tibi credideris, non sobrius efficiaris.

¶ De tactu.

**S**ic compeſce manus, ne tactus sit tibi vanus:  
Tangēs immūda, manus ex hinc est male mūda.  
Vt vites pœnas, res non tangas alienas  
Non aliquid tangas male, pro quo postea plangas.

De incessu.

**S**ic pedes cohibe, ne vadant ad mala prompte,  
Non ad rixandum vadas, nec damnificandum.  
Non ad cernendum res vanas, nec recipiendum.  
Ad dominum gressus dispone, tuosq; regressus.  
Et quæ de facili nequeunt assueta relinqui:  
Non sumas vsū, qui gignere possit abusum.

¶ De honestate vitæ.

**S**it tua mens munda semper, meditatio sancta.  
Actio sit iusta, nec non intentio recta.  
Commoda sint verba: fit conuersatio grata.  
Sit placidus gestus, gressus, maturus, honestus.  
Congrua sit vestis locū, sociatus honestis.  
Compositos mores, habeas laudabiliores.

¶ Quomodo trahendum est bonum  
exemplum ab omnibus.

## LIBER

**I**nspice maiores, mediocres atq; minores,  
**C**ollige sic flores, virtutum commodiores,  
Cum quibus orneris, salueris, & auxiliaris.  
Sis bene morosus, & ad impia facta morosus,

¶ De modo viuendi & conuersandi,

**S**is bene discretus, inter conuiuia lætus,  
Tunc parce comede, mage parce pocula sume,  
Ac parce loquere; socios large reuerere,  
Non sis ad risum pronus, nisi sit tibi visum,  
Quod bene conueniat, & honeste tunc tibi fiat,  
Illum homo deridet, qui multum vel cito ridet,  
Non discurrendo, procedas, vel saliendo,  
Non vadas nocte, vel saltem eas bene docte,  
Si possis tende sociatus bene, & honeste,  
Signa malifugias, ne suspectus tibi fias,  
A praua specie debet se quisq; cauere,  
Non habeas socios stultos; sed dogmate fultos,  
Cum sanctis habita, quæ sunt puerilia vita,  
Elige doctorem, qui te faciat meliorem,  
Elige consortem, qui sanctam det tibi sortem,  
Qui bene vult agere, vel vilia facta cauere:  
Prauorum fugere debet consortia vere,  
Si sanctos sequeris, sanctus sic efficiaris,  
Sed peruerteris, si peruersos comiteris,  
Pomum corruptum cito corrumpit sibi iunctum,  
Omnia contacta denigrat pix calefacta,  
Sic maculat cunctos prauus socios sibi iunctos,

¶ De ludis cauendis,

**N**on ad taxillos ludas, nam ius vetat illos,  
Ludi vitantur, ne plurima damna sequantur,  
Ludens disperdit res, famam, tempora perdit,  
Fraudem committit, mendacia, scandala nutrit,  
Se male ditare cupit, ac alios spoliare,  
Clamat, blasphematur, irascitur; & male damnatur,  
Infert litigia, periuria, verbaq; furta,  
Ecclesiam spernit, nocet huic, qui ludere cernit.

## FLORETI.

Languet, macrescit, dolet, amittendo calefcit,  
Perdens insanit, molestando corpus inanit.  
Quamuis lætetur, modicum si forte lucretur.  
In hoc non ditatur, iniuste si teneatur.

### ¶ De fama.

**V**ir bone semper ama, qđ sit tibi splēdida fama.  
Nomen habere bonū, fert̄ domini fore donū.  
Quisquis habens vitam, nō debet spernere famā,  
Sancta tibi vita prodest, alijs tua fama,  
Si propriam famam fieri vis semper honestam,  
Crimina diuita, nam famam dat bona vita.  
Nec dum per crimen posses amittere nomen.  
Sed mala per signa, fiet tua vita maligna.

### ¶ De dispositione domus.

**N**E perdas subito domui disponere scito:  
Sic tua dispone, fac omnia cum ratione.  
Sic, vt portare valeas, sumptus moderare.  
Qui nimis expendit alienum postea prendit,  
Vt bene sufficias, seruare statum sapienter.  
Sumptus non facias, nisi iuxta posse libenter,  
Nec plures teneas famulos inconuenienter.  
In vitijs caueas vastare quid insipienter,  
Sed tibi prouideas de rebus sufficienter.  
In cunctis habeas mensuram conuenienter,  
Discrete videas, quæ sunt facienda frequenter,  
Et sic disponas, prout expedit ipsa decenter.  
Quotidie multa nobis nascuntur agenda,  
Cum sunt iam nata, velocius expedienda,  
Aut aliter plura remanebunt perficienda,  
Cum tibi sit cura, patrare negotia plura:  
In primo cura, cuius mora plus nocitura.

### ¶ Vltimum cap̄, de morte, & eius sequela.

**M**ordet mors cuncta q̄ nascuntur sine cuncta,  
MQuę prius vnita soluit feriendo sagitta,  
Nemo vitare mortem valet aut superare,  
Nam clausis portis intrat loca singula fortis.

C

## LIBER

Nocte die cuiq; mors insidiatur vbicq;  
 Sæpe necat subito, multos gladio bis acuto.  
 Quamuis incipias, bonus in medio quoq; fias.  
 Si bene non finis, malus hic fert ad mala finis.  
 Cur bene credendo, peragens bona praua cauēdo.  
 Ne sis damnatus, semper, obedire paratus.  
 Viuere coneris bene, nam bene sic morieris.  
 Vix bene viuentem, vidi prauē morientem.  
 Non est mors subita, quam conscia bona vita,  
 Defunctos opera sociant, non arua, nec æra,  
 Sis animo fortis instanti turbine mortis,  
 Sis bene contritus, confessus, menteq; punctus.  
 Corpore munitus Christi; membrisq; perunctus.  
 Cunctis ignosce, veniam tribui tibi posce,  
 Mundum postponas, nec amicos corde reponas.  
 Summa tibi cura sit, q̄ mens sit bene pura.  
 Christum laudare satagas, & sæpe rogare.  
 Vt tibi condonet tua crimina, teq; coronet.  
 Subde voluntati domini, te corde libenti.  
 Est virtus facere gratum, facienda necesse,  
 Tunc bene nitaris, vt deuote moriaris.  
 Tanquam catholicus, & Christi verus amicus.  
 In domino spera fidens, in virgine vera,  
 Omnia deuote, velit intercedere pro te.  
 Mortem commemoras Christi, eum iugiter ores,  
 Te cruce signando, veramq; fidem recitando.  
 Commendas animam domino, qui cōdidit ipsam,  
 Sed ne sis victus, caueas tunc dæmonis ictus,  
 Nam tunc conatur plus Dæmon & insidiatur.  
 Vt desperare faciat, quem vult cruciare.  
 Sed sibi non credas, nec ab his, quæ dico, recedas.  
 Nunquam desperes de diuina pietate,  
 Nec propria speres, fieri saluus probitate,  
 Te potius firmes, saluatoris bonitate:  
 Qui bene contritos, sperantes in deitate  
 Saluat clementer, miseranti fertilitate.  
 Quantuncunq; malus fueris, poteris fore saluus.

## FLOR ETI,

Si bene contereris in fine libensq; fateris,  
Sine queas ore, tunc saltem corde fateri  
Pectus tundendo, signumq; crucis faciendo.  
In cruce pendentem latronem post morientem,  
Christus saluauit, quia compatiendo rogauit,  
Ergo fide firma te Christi nomine firma,  
Qui nunquam spernit, quos contritos bene cernit.

### ¶ De poenis inferni.

Post mortem poena sequitur, vel gloria plena,  
Poena tamen purgans est vna, altera damnans;  
Mortali vitio moriens mors traditur orcho.  
Semper passurus poenam nunquam rediturus,  
Nam non sunt digni residentes morte maligni,  
Quod sint saluari, quia sunt valde maculati.  
Quamuis spectari spreuerunt esse beati,  
Cur sunt damnati iuste, & semper cruciati.  
Et velut ingrati nunquam sunt inde leuati.  
Vermes cum tenebris, & verbera frigus & ignis,  
Daemonis aspectus, scelerum confusio, luctus,  
Foetor, serpentes, languor, sine fineq; vrentes.  
Pruos torquebunt, semperq; quiete carebunt,  
Esurient, sument, deformes corpore fient,  
In terræ centro percussi turbine retro,  
Non est orandū pro damnatis, neq; dandum,  
Nam supportari non possunt, neq; iuuari.

### ¶ De poenis purgatorij.

Qui sine mortali moritur tamen in veniali;  
Vel nondum plena facta de crimine poena,  
Carcere seruiatur, in quo grauius cruciatur,  
Donec purgatus, scandit super astra beatus.  
Hos supportare nos possumus, atq; iuuare,  
Vt cito purgentur, ac inde cito releuentur.  
Profunt defunctis, purganti carcere punctis,  
Missæ, preces, dona, profunt ieiunia prona,  
Ac per eos facta propere legata soluta.

LIBER

¶ De gaudijs paradisi.

**Q**ui mundus morit̄, penitus mox pace potit̄.  
 Gaudens in domino cū sanctis in paradiso.  
 Non decet orare pro sanctis, immo rogare  
 Debemus. canere, atq; ipsos semper celebrare.

¶ De cælorum numero.

**D**eni sunt cæli referandi corde fideli.  
 Luna stat in primo, stat Mercuriusq; secūdo,  
 Ac Venus interno, Sol vult lucere quaterno,  
 Mars nitet in quinto, sed Iuppiter ordine sexto,  
 Saturnus cælo septeno sistitur alto,  
 Octauo cælo stellas tibi adesse reuelo.  
 Stat crySTALLinum super istos luce serenum,  
 Fulget in empireo summo paradisu olympo:  
 In quo sunt iuncta sine defectu bona cuncta,  
 Hic deitas trina regnat super omnia digna.  
 Astat regina sibi mater virgo benigna.  
 Inde hierarchia triplici sunt agmina nona.  
 Dat cherubin: seraphinq; choros distinctio summa,  
 In medio dominans princeps, simul atq; potestas,  
 Hinc virtutes sistunt: archangelus, angelus atq;  
 His homines grati reuerenter sunt associati,  
 Iuxta promerita præsentē data sibi vita:  
 Secum laudantes dominum semper specularantes,  
 Cernit, amatq; Deū sanctus, fruitur, tenet ipsum,  
 Sic gaudet, pfallit, laudat, sine fine quiescit,  
 Diues honoratus, tutus, liber, & sociatus,  
 Clarus, subtilis, agilis, non passibilis fit.  
 O quam ditati sunt cæli sede beati,  
 Semper honorati, summe sunt glorificati.  
 Ergo mundanis rebus spretis quasi vanis:  
 Cælica pascamus, & sursum cor teneamus.  
 Vt Deus a pœnis protectos, atq; catenis,  
 Post mundi cursum faciat nos scandere sursum.  
 Vt (velut optamus) ibi semper eum videamus,  
 Qui dat cuncta bona, det nobis hæc pia dona.



## LIBER PRIMVS.

**I**ste liber scriptus, Floretus nomine dictus.  
**P**er me collectus sic, per te saepe relectus,  
Ac intellectus, ac firmo corde receptus,  
Factus productus, & sic pariet tibi fructus.  
Cum quibus hic gratus fies, & sine fine beatus,  
Christo clemente florum cultore fauente,  
Laus tibi sit Christe bone simul sine fine.  
Quo duce floretum scripsi bonitate repletum,  
Te rogo, des flores nobis fructus, & odores.  
Sic, q̄ per mores summos habeamus honores.

¶ FINIS.

## ¶ QVINQVE CLAVIVM SAPIETIAE.

¶ Liber primus.



Tilis est rudibus praesentis cura libelli,  
Et facile pueris p̄bet in arte viam. (git.  
Lactis, & instar habet, q̄d mā ab vbere sug  
Infans qui nōdum mādare dura potest.  
Hec rudiū mentes doctrina rep̄te subibit,  
Ut facili saliant ad potiora gradu.

Huc properate rudes, cupitis qui dona sophiæ,

Et dominum praecibus sollicitate pijs,

Non (nisi dante Deo) sapientia dabitur vlla.

Et sine quo nullus rite peritus erit.

Omnia namq; salus, omnis sapientia ab illo est,

Qui pater est rerum, conditor, & dominus.

Principium leue magnis in rebus habere

Quisq; potest: sed non sic sibi finis erit,

Ne cito que cupiunt, deseruisse velint.

Non datur exēplo bona post primordia merces

Congrua: sed rectus praemia finis habet.

Qui cupit ergo decus cuiuslibet artis habere,

Inchoet, & finem tendat ad vsq; bonum.

Vt non ergo putes doceat q̄d vana libellus,

Hoc (vt scire potes) commoditatis habet,

C iij

## LIBER

Hic & discipuli per congrua verba mouentur,

Hic quoque quid doceat quisque magister erit.

Donec discipuli vult quisque sumere formam.

Quid sibi conueniat praeponet iste liber.

Iura magisterum, cupiunt qui recte tenere.

Hic quid eos doceat rite libellus habet

**V**T tradunt veteres sapientia quinque seratur  
Clauibus, sic statuit omnipotentis opus.

At quoniam Christus sapientia patris habetur.

Hanc ipsam (velut est) ducere nemo potest.

Hac igitur volumus mundano iure notare.

Discere, quam studeas, est labor omnis homo.

Quae possessores reddit quandoque superbos,

Sapientius & veram deseruisse facit.

Sed tamen ista dei dat multis cognitionem.

Et facit ut recolant, atque sequantur eum.

Ista monet mundi contemnere saepe ruinas.

Vnde fit ut multos linquere vana iuues,

Philosophi atque etiam (quamuis errasse probetur)

Mundum cum pompis deseruisse patet.

Istius ergo donum si vult accedere quisquam;

Clauibus his aditum prorsus habere potest.

¶ Prima sapientiae clavis est, legendi assiduitas.

**E**Rgo, qui prima vult hostia pandere clauis,

Haec legat assidue, & viuere nolit iners.

Et sua non vanis ammittat tempora ludis.

Ne coeptum studium sic cito despiciat.

Absque labore graui vix munera magna dabuntur;

Gratior est plenus utilitate labor.

Clauditur omnino sibi ianua prima sophiae.

Cui custodita lectio non fuerit.

Sed datur accessus facilis cui tempore in omni

Et legisse placet, nec vacasse iuuat.

Dogmata forte leui capiuntur magna labore,

Artis & ad summum sat cito currit homo.

## LECUNDVS.

Ast opus magno (fateor tibi vera) labore  
Si quis nosse cupit, litera quid doceat,  
Autorum magno simulatum scriptura profundo,  
Et pelagi immensi nō minus instar habet.  
Tempore nō magno tant nisi scripta leguntur,  
Qualiter ergo breui discere quis poterit,  
Consulit ergo tibi lector res ipsa patenter,  
Cautus vt assidue dogmata sumpta legas.

¶ Secunda clavis sapientiæ est me-  
morix commendatio.

**S** cupis ergo aditum clavi referare secūda,  
Protinus ipsorum, quæ legis esto memor.  
Lectio crebra valet, quam non obliuio tollit,  
Vt recolas plene, cum tibi præbet opus.  
Proficit ille nunq̃, cui semper lecta nouantur.  
Quod putat esse aliud, hoc erit illud idem.  
Est idcirco decens repetantur vt ista frequenter:  
Quæ cupias menti fixa manere tuæ,  
Vt cum forte tibi fuerint iam lecta necesse,  
Ipsorum facile, possis adesse memor.  
Cuiq̃ dare voluit naturæ prouida cura,  
Dissimiles vultus, dissimilesque animos.  
Sunt cito, qui capiunt doctrinam quamlibet, atq̃,  
Quæ memorari discunt, omnia corde tenent,  
Sunt, qui difficile capiunt, sed dogmata sumpta  
Corde tenent memori: qui didiscere semel.  
Atq̃ melancolicis cædit vis ista frequenter,  
Vnde fit vt tales discere paucavelint.  
Sunt hodie facile qui plurima dogmata discunt,  
Cras memores horum nullius esse valent.  
Quosdam sic ebetes prorsus natura creauit,  
Qui summis studijs discere nulla valent,  
Consulit his ratio, qđ opus commune frequentent,  
Nec sua per requiem tempora dent virijs.

¶ Tertia clavis sapientiæ est,  
honor magistri.

## LIBER

**S**I præceptor referas studiosus honorem,  
 Tunc reuoluta tibi tertia clavis erit.  
 Quisq; vicem domini retinet de iure magister.  
 Dignus honore, quisq; ob hoc magister erit.  
 Discipulus Chironis erat cum magnus Achilles.  
 Plus etiam domino sæpe timebat eum.  
 Plato etiam Socrati dignum ferebat honorem.  
 Philosophus summus quamuis & ipse foret.  
 Magnus Alexander, qui toto regnabat in orbe  
 Profilit ex cursu, quando vidit Socratem.  
 Quanto maior fueris, sis subditus ipse magistro.  
 Hæc tibi vera loquor, gloria maior erit.  
 Nam sunt nonnulli, qui delectantur honore,  
 Et sibi latus honor numinis instar habet.  
 Et siquidem magnum placidū retinere magistrū,  
 Vt documenta sibi perstudiosa ferat.  
 Est enim expertum, qd̄ si contraria menti  
 Dogmata det doctor, discere male potest.  
 Ergo discipuli lætum seruare magistrum  
 Perfudeant, vt sic dogmata grata ferant.  
 Pertimeant, venerētur eum, meritumq; laboris  
 Non retrahant, optat præmia quisq; labor.  
 Nam qui doctori gratum pretendit honorem,  
 Suscipiet, & similem quando magister erit.

**¶** Quarta clavis sapientiæ est,  
 contemptus diuitiarum.

**C**lavis quarta monet contemptus diuitiarum;  
 Quas qui corde tenēt discere vix poterūt.  
 Spernas diuitias, moneat cum philosophia  
 Ipsas, qui sequitur, qualiter eius erit.  
 Vtile sit cunctis cor non apponere gazis,  
 Est tamen vtilius discere, quæ cupiat.  
 Diuitias nullas sanctus cupiuit habere  
 Affiue diuitis, sed non peccabis in ipsis.  
 Cor non adponas, psalmus vt ipse docet,

SECUNDVS.

In se cor apponit qui studiosus excipit,  
 Et preponit eas omnibus officijs.  
 Qui faciles aditus clauis vellit pandere quarta,  
 Hæc stabili semper iussa tenore legat,  
 Diuitiæ multis excæcant corda cupitæ.  
 Quisquis eas optat, hic nec honestus erit.  
 Nil sapiens diuina refert in pagina falsum  
 Auctorem, studijs nec bene proficient,  
 Ex his procedunt periuria, furta, rapina,  
 Criminis & multum vilia lucra ferunt,  
 Has magis quisq; cupit, quâto magis multiplicat,  
 Vnde fit, vt subeat crimen auaricię.  
 Quas quis sectatur colit idola, Paulus vt inquit.  
 Atq; creatorem deserit ille suum.  
 Ex quibus ergo tibi tot crimina progrediuntur,  
 Diuitias lector linquere rude stude,

¶ Quinta clauis sapientiæ est,  
 frequens interrogatio.

**H**Aud procul a vero potior quam reliquatū  
 Clauis quinta monet nosse, velut poteris.  
 Hoc est, vt quæras, quæ sunt ignota frequenter.  
 A quocunq; vides posse satisfieri,  
 Prudentis mos est varias inquirere causas,  
 Vt valeat mentem certificare suam.  
 Et quanto potior est: tanto prudentior extat,  
 A quocunq; valet discere, si studeat.  
 Qui super ambiguis cognoscere certa laborat,  
 Laudibus eximjs hic quoq; dignus erit.  
 Discere si quenquam verecundia forte retardat.  
 Improbis, insipientis, & reprobandus adest.  
 Opportuna tibi semper prudentia gliscit.  
 Nanq; solet dubitans quærere certa fari.  
 Pandit enim gratis quęstio certa frequens.  
 Pythagoram legimus memphis petisse poetas,  
 Vt quæ nesciret, deficere posset ab his.  
 Hunc philosophum sic iam græcia tota tenebat.

C v

## LIBER

Miratur tanto Memphis & ipsa viro.  
Summis gymnasijs academia tota Platonis,  
Cognita magnifici partibus orbis erat.  
Hinc tamen Aegyptum nimio peragrado labore,  
Venit ad Architam qui quoque magnus erat,  
Lac pueros foueat, forte hoc panis adultos  
Ut triplici studio congruat ordo triplex,  
Tunc non diffident pueri grauitate laboris,  
Nec doctrina rudi congrua fortis erit.  
Nec leuitas nimia prouectum reddit inertem.  
Cum sibi, quae dantur plena laboris erunt,  
Indiscretus homo merito reprehenditur omnis:  
Qui proprijs factis spernet habere modum,  
Omnibus in rebus res est discretio summa.  
Est modus in rebus facit, & esse bonum,  
Nam quaecumque facit, si non discreueris ante,  
Ad reprobum finem saepe venire solent  
Si quodam Tisbe melius discreta fuisset,  
Non denigrasset sanguine, poma suo,  
Si genitus Phoebi, Phetio discretior esset.  
Nec genitoris equos ageret ille suos.  
Hic fuit exemplo scribendi iussa potestas.  
Sed ditare alijs carmine cura fuit,  
Terpsicore Vrania manu venere tenendo:  
Quas Erato sequitur musa iocunda satis,  
Confedere simul sumpto quoque themate ditant,  
Atque liber dicunt, iste secundus erit.

¶ Liber secundus de quinque moderat  
rainibus, quae erga discipulos magister  
debet habere. Incipitur feliciter.



Actenus hic noster per dogmata certa libellus  
Discipulos docuit congrua iura sequi,  
Ammodo quod deceat reuerendos cura magis  
Imparibus metris, talia nostra refert. (stros.  
Nemo tamen speret, quod deroget ipsa magistris  
Doctrina, tantos instituendo viros,

## SECUNDVS.

At bene, quę noscunt, ad eorum corda reducit.

Vt nihil indignum quisq; quod obsit, amet.

Ledere doctores, si mihi foret vlla voluntas,

Percuterem pectus forsitan ipse meum.

Sed nihil referam, veterum, nisi verba virorum,

Quod velut auctorem tempora nostra colunt.

Quod sint doctrine merito moderamina quinq;

Credo, qđ in promptu quisq; magister habet.

¶ Primum moderamen est, vitiorum correctio.

**O**Rdine nanq; prius correctio sit vitiorum.

Quę iuuenū mētes prorsus ad ima trahūt,

Sicq; mouent animos, nisi sit castigata frequenter,

Vt nil vel modicum discunt in his residentes.

Ergo si quis habet socios, quos diligit ipse,

A vitijs retrahat, vocibus & baculo.

Si quem forte nimis correctio digna grauabit,

Iura magisterij, tu tibi firma tene.

Et si noluerit habere te forte magistrum,

Ipsam discipulum non fateare tuum.

Quamuis nobilibus stultis tamen esto superbus,

Nec melius stultos perdomuisse potes.

Ibit ad alterius forsan documenta magistri.

Sed nisi qualis erit, nullus habebit eum.

Tu probus vitium tibi displicet illud,

Pro quo te refugit, cui vitiosa placent.

Sed si forte alios socios nasciscitur ipse,

Omnes prorsus eant quis vitiosa placent.

Ipsam magisterij teneas tibi recte vigorem.

Esto constans animo ne moueare tuo.

Commoueas alios, ipse placitura ministres,

Qui se doctrinae supposuere tuæ.

Stulta loqui fatuus consuevit, recta peritus.

Conuenienter eos non tenet vna domus,

Si vitium semper reprehendis discipulorum,

Primum doctrinae tunc moderamen habet.

## LIBER

¶ Secundum moderamen est, bonorum morum informatio.

**S**I cupis iuxta moderamen habere secundum,  
Informes socios moribus ipse bonis,  
Nam bene tunc rectus seruatur in omnibus ordo,  
Vt demptis vitijs instituere bonis,  
Dic, quid eos doceat, quid cōpetat, vt documenta  
Quæ dederis nullo præpudiente ferant,  
Vt per honesta sequi totiens qui viderit eos,  
Dicat, qui docet hos iure, magister adest,  
Semper crescit honor, & gloria celsa magistro,  
Cuius discipulus dicitur esse bonus,  
Moribus at prauis fuerit si forte repletus,  
Iplius in culpa iure magister erit.  
Hic quoq; discipulus fuerit si forte superstes,  
Vix vnq; poterit immemor esse tui,  
Rebus & exemplis (illa informatio vera est)  
Instituas socios sæpius ipse tuos,  
Rebus idem, vt te videant exemplar honesti,  
Sed quodcunq; monens tu videare sequi,  
Nam quicunq; docet bona, cū male vixerit ipse,  
Se perimit iaculo reprobus ipse suo.  
¶ Tertiū moderamē est, magistri tēperata correctio.  
**N**ON nimium socijs consuescas esse seuerus.  
Indociles feritas immoderata facit,  
Sæpe iurare solent, si ludicra congrua tangas,  
Et recreant animos talia verba suos,  
Maxima cum fuerit nimium, vel lectio fortis,  
Lætificent mentes qualiacunq; feras,  
Tullius illud idem, quotiens auditor abescit,  
Iussit vt orator lubrica ponat ei,  
Austerum vitijs semper decet esse magistrum,  
Præsertim in scholis cum coiungere simul,  
Sed decet, vt gratus ipsos sermone notetur,  
Pro minimis etiam congrua verba serens,  
Congrua facta loco grauet hunc, & quæstio nulla  
Sed sibi grata ferat, nouerit vt melius,



## SECUNDVS.

Non nimium nugas referat cum quærit ab ipso.

Talia namq; animos, sæpe grauare solent.

Non debet doctor sociorum spernere quemquã.

Vnus enim socius doctior esse solet.

Si noscent omnes, quantum scit & ipse magister.

Vix cuperent forsan discere dogma suum.

Nec non pro minus solet aptior esse magister.

Pro quibus & reliquis gratia maior erit.

Fama volat, transitq; modum quocunq; feratur.

Hæc cito mortales deprimat, atq; leuat.

Quicunq; ergo sibi famam seruarit honestam,

Promeruit decori munera magna suo.

Neglector fame fiet neglector honorum.

Et merito cunctis ille perosus erit.

Quicunq; ergo sibi famam gliscit retinere,

Omnibus hic studeat gratus adesse bonis.

Sit cunctis mitis, tractabilis, atq; benignus.

Subleuet vt nomen prospera fama suum.

Et si displicet prauis, non sollicitetur.

Quis nisi sit prauus nemo placere potest.

Opto placere bonis, prauis odiosus haberi.

Namq; solent odio prauos habere bonos.

¶ Quartum moderamen est magistri  
discipulos triplex modus docendi.

**N**unc superest quarti moderaminis optima cura,  
Qua sine perfectus nemo magister erit.

Congrua personis studeat conferre quibusq;

Nec superexcedat iura magistræ.

Instar habet siquidem veræ sapientia matris.

Lacte fouens pueros, pane cibans validos.

Cum iuuenilis habet quid dens rodere possit.

Vnde queat vires sollicitare suas,

Quæ possessores reddit quancunq; superbos.

Sæpius & veram deseruisse facit.

Sed tamen ista Dei dat multis cognitionem.

Et facit vt te recolant, atq; sequantur eum.

## LIBER

Ista monet mundi contemnere sepe fuinas.

Vnde fuit, vt multos linquere vana iuuet.

Philosophi atq; etiam (quãuis errasse probentur).

Mundum cum pompis deseruisse patet.

Istius erga domum si vult accedere quisquam.

Clauibus his aditum prorsus habere potest.

¶ Prima species clauis est, legēdi assiduitas.

**E**Rgo qui prima vult hostia pandere clauis.

Hic legat assidue, & viuere nolit iners.

Non aliqua tellus parte perusta foret.

Aschalaphus speciem nondum bubonis haberet.

Sid discretus homo per sua verba foret.

Ex indiscretis veniunt mala plurima rebus.

Discretum merito quisq; probabit opus.

¶ Quintū moderamen est magistri erga  
discipulos frequens q̄stio cū satisfactione.

**Q**Vintum restat ei solū moderamen habēdū,  
Qui vult doctoris munera bona sequi

Hos igitur curet sat sollicitare frequenter,

Qui documenta sequi proposuere sua.

Nam solet esse vagum genus hoc nimiūq; petulcū,

Respicias socios, vt documenta firment.

Atq; cateruatim verba benigna refer.

Omnes sollicita videas quos fore vagantes.

Quid dubitet queras, atq; satisfacias.

A minimo poscas si nouerit omnia recte.

Hunc ignota docens præcipe, qd̄ studeat.

Vtq; rudes doceāt iubeas per sepe peritis.

Exortando viros sæpius ipse tuos,

Paulatim subeant morum documēta moderni.

Diffidunt aliqui lectio quando grauat.

Sed diffidenti conuitia congrua profer.

Quemlibet exemplo restituendo virum.

Torpentem in medio referas quemcūq; vagantē,

Dic socijs coram, quam male cessit ei.

Et te siue alium ponas in honore magistrum.

Quem labor & vehemens cura dedere tibi.

SECUNDVS.

Si ingeniosus eris per idonea verba loquendo.

Cur poteris facile sollicitare suum.

Quid prodest tibi nobilitas, quid virtus clara parētis,

Vt Iuuenalis ait, stemmata quid faciūt?

Multa sub exemplis prodest recitare magistrū.

Multoties animos talia verba mouent.

Discipulis quæcunq; potes placitura referre.

Iugiter vt faciant dicta vel acta stude.

Verum confiteor simul omnibus opto placere.

Si nequeo, saltem glisco placere bonis.

Inuidiæ vitium, probitas cui displicet omnis

Absit, & vestrum cuiq; placebit opus.

Cui bona nulla placēt, nisi q̄ mala iure probantur,

Respuo, quod placeant crimina nostra sibi.

Omne bonum reprobat, ergo qui reprobat istud,

Argumenta feram, hoc opus esse bonum.

Cur non ergo bonis, quæ sunt bona iure placebūt?

Et si bona placent, cur mala forte placent?

Nullus & auctorem (quia sit fortasse modernus)

Spernat, adhuc priscus (non dubitetur) erit.

Tempore Nasonis fuit idem Maro modernus,

Sed tamen est habitus iure poeta bonus.

Non ego q̄ tanto similis ferar esse poetæ.

Consueuere tamen infima summa sequi.

Quod si magnates sua sic tunc metra colebant.

Cur est indignum crimina nostra colit?

**I**ste liber merite rudium doctrina vocatur,

Quod leuiter rudibus preparat artis iter.

Hic quasi primus erit, quia lac puerile ministrat.

Atq; valent leuius dogmata nulla legi.

Sum rudis, idcirco rudibus satis opto placere.

Et dare quo valeam gratus eris fieri.

Hæc sibi si placeant, citius potiora feremus,

Nam bene Pierides ad mea vota fauent.

Lac degustetur prauis sine dentibus aptum,

Dentibus exortis ammodo panis erit.

## LIBER LECVNDVS.

Cumq; renascentur septeno tempore dentes,

Ossa parabit eis philosophia parens.

Incolumes propios sapientia seruat alumnos.

Nanq; sit discrete matris habere modum,

Cuius corde humili si quis fomenta requirit,

Non sinit expertem quemlibet esse sui.

Scripserat, sed totas impleuit musa tabellas.

Si foret vlla vacans, carmina plura forent,

Tunc alias poscit, prohibet se calliopeia,

Cuius ad imperium quæq; camœna fauet,

Ipsa thalia dedit tabulas mihi grata camœna,

Addidit hoc scribas, edere iussa paro,

Scribe recedentes dixerunt quinq; camœne,

Nos iterum reuoces, si tibi præbet opus.

Et tunc eximias refero pro munere grates.

Urbem, ego nemorum hæc loca grata petunt,

Dogmate perfecto socijs exemplar habendum.

Tradimus, & nostrum fert cita fama librum,

Constituere simul doctores deniq; vt ipsum

Suscipiant pueri discipuliq; rudes,

## CLAVS DEO.

FLORETVS ALTERQVE LIBEL-  
LVS QVI DICTVS EST QVIN  
QVE CLAVES EXPLICITI  
SVNT ANN. M. D. LIII.



# CONTEMPTVS M V N D I.



Artula nostra tibi mandat dilecte salutes.  
Pauca videbis ibi, sed nō mea dona refutes  
Dulcia sunt anime solacia, quę tibi mando,  
Sed plūt minime, nisi serues hęc operādo.  
Quę mea v̄ba monēt, tu noli tradere v̄to,  
Cordis in aure sonēt, & sic retinere memēto.

Vt tibi grande bonum nostri monitus operentur,  
Per quod Dei donum tibi cælica regna parentur.  
Menti syncerę possunt hęc verba placere.  
Hoc iter ostendit, quo mundi gloria tendit.

**V**Ox diuina sonat, quod nemo spem sibi ponat  
In rebus mundi, quę causam dant pereundi.  
Quisquis amat Christum, mundum non diligit istum,  
Sed quasi fetorem spernens illius amorem.  
Aestimatur obscœnum, quod mundus credit amœnum.  
Totum vilescit, sibi quicquid in orbe nitescit.  
Vitat terrenum decus, vt mortale venenum.  
Abiectoq; foris cœno carnis amoris.  
Ad regnum cæli suspirat mente fideli.  
Iamq; fide plena paradisi sperat amœna.  
Tu quoq; frater ita carnis contagia vita,  
Vt placeas Christo, mundo dum viuis in isto:  
Ne tibi sint curę res ad nihilium rediturę,  
Quę cito labuntur, magnocq; labore petuntur.  
Nec modolæteris, quia forsan cras morieris.  
Per nullam sortem poteris repellere mortem.  
Nullus tam fortis, cui parcant vincula mortis.  
Cur caro lætatur, quia vermibus esca paratur?  
Nunc locus est flendi, locus est peccata luendi.  
Postea gaudebit, qui nunc sua crimina flebit,  
Iam iam lætetur, qui gaudia summa meretur.  
Gaudia stultorum cumulant augmenta dolorum.

**A**

Talia prudentes fugiunt, ea despicientes.  
Cur cito non spernis, quæ prætereuntia cernis?  
Nonne vides mūdum nimis miserū & moribūdū,  
Sub gladio diræ mortis languendo perire?  
Mors refecat, mors omne necat, qđ carne creatur,  
Magnificos præmit, modicos, cunctis dominatur,  
Nobilium tenet imperium, nulli reueretur,  
Tam ducibus, quā principibus cōmunis habetur,  
Mors iuuenes rapit, atq; senes, nulli miseretur.  
Illa fremit, genus omne tremit, qđ in orbe mouet.  
Illā ferit, tota caro perit, dum sub pede mortis  
Conteritur, & non eripitur vīr robore fortis:  
Cur igitur, qui sic moritur vult magnificari?  
Cur nimias sibi diuitias petit ille parari?  
Instabiles sumus, & fragiles multisq; ruinis  
Aterimur, sic iam trahimur sub tempore finis,  
Prætereunt, & non redeunt mortalia quæq;  
Hęc statio manet in dubio sic nocte dieq;  
Vita breuis velut vmbra leuis sic annihilatur,  
Sic vadit, subitoq; cadit, dum stare putatur.  
Quis redimit, cū mors perimit, quia fœdera nūq;  
Nec precium, nec seruitium, mors accipit vnquam.  
Sed quid plura loquar: nulli mors impia parcat.  
Non euadit inops, nec qui marsupia farcit.  
Non igitur cesses ea, quæ bona sunt operari.  
Nam mors non cessat tibi, nocte dieq; minari.  
Amplius in rebus noli sperare caducis,  
Sed cupiat tua mens eterne gaudia lucis.  
Fallitur insipiens vite præsentis amore,  
Sed sapiens noscit, quantum sit plena dolore.  
Quicquid formosum mūdus gerit aut preciosum  
Floris habet morem, cui dat natura colorem,  
Mox vt siccatur, totus color annihilatur,  
Postea nec florem monstrat, nec spirat odorem,  
**R**egia maiestas, omnis terrena potestas,  
Prosperitas rerum, series longinqua dierum,  
Transiet absq; mora, cum mortis venerit hora.  
Mundi quid sit honor; qđ nūc tibi scribere conor.

Nosti quippe satis, quia nil habet utilitatis.  
Inspice quam fragilis, quā fallax, quam sit inanis  
Mundus, & illius gloria, quam cupimus ipsi,  
Prædia terrarum, possessio diuitiarum,  
Fabrica murorum, grandis structura domorum,  
Gloria mensarum, cum delicijs epularum,  
Insignesq; thori, cuppe, cyphiq; decori:  
Resplendensq; vestis: quæ morib; obstat honestis.  
Grex armentorum; spaciosus cultus agrorum:  
Fertile vinetum, diuersa vite repletum,  
Gloria natorum, dilectio dulcis eorum:  
Cuncta relinquentur, nec post hæc inuenientur.  
Quod breuiter durat, quis prudens acgre recurat?  
Non metuens hominē faciet mors aspera finem  
Rebus mundanis mendacibus & male sanis.  
Causa grauis scelerum cessabit amor mulierum,  
Colloquium quarum nihil est, nisi virus amarum,  
Præbens sub mellis dulcedine pocula fellis,  
Nam decor illarum laqueus fallax animarum,  
Cum verbis blandis fallacibus atq; nefandis  
Illaqueant stultos, & ferunt ad tartara multos.  
Tempora transibunt, & gaudia vana peribunt.  
Et parient fructum tristem per secula luctum.  
Om nibus hoc dico, ne se subdant inimico.  
Ne supplantetur, qui captus in his retinetur.  
Noli confundi misera dulcedine mundi,  
Nam sua dulcedo dilabitur omine foedo.  
Quæ trepidas mentes, & mollia quæq; sequentes  
Fallit mulcendo carnem, blandeq; fauendo.  
Postea finitur, nec iam dulcis reperitur;  
Sed fit amara nimis, non æquans vltima primis,  
Et graui ter pungit miseros, quos primitus vnxit.  
Nam sic illusos, & semper mollibus vsos,  
Damnatos digne post mortem mittit in ignem,  
Atq; voluptatem conuertit in anxietatem,  
Et fit flamma furens illos sine fine perurens.  
Taliam lucra ferent studijs, qui talibus herent.  
Sed qui saluari vult, perpetuoq; beari,

A ij

Christo deuotum studeat se tradere totum:  
Eius inhærendo præceptis & faciendo,  
Quæ scripturarum monstrant documēta sacrarū,  
Accipiet vere, qui vult hæc iussa tenere,  
Sedibus in lætis æternæ dona quietis.  
Quæ cunctis dantur, qui corde deo famulantur,  
Hic est seruorum requies, & vita suorum.  
Gaudia quæ præstat, tribulatio nulla molestat.  
Gloria solennis manet illi, paxq; perennis.  
Semper honoratos, semper facit esse beatos:  
Quos recipit secum, quia quāuis iudicet æquum,  
Plura tamendantur sanctis, quam promereantur,  
Omnia dat gratis diuinę fons pietatis,  
Pro labore leui confert bona perpetis æui:  
His qui saluantur, sic bona multa parantur.  
Sic mala multa malis mors præparat exitialis.  
Isti gaudebunt, illi sine fine dolebunt.  
Nemo potest fari, nec cernere, nec meditari  
Gaudia iustorum, sed nec tormenta malorum,  
Quam male fraudatur, quam stulte ludificatur,  
Qui propter florem mundi vanumq; decorem,  
Qui prius apparet, & quasiros protinus aret.  
Vadit ad infernum, perdens diadema supernum.  
Quod dominus donat cunctis, quos ipse coronat.  
Errat homo vere: qui cum bona possit habere,  
Sponte subit pœnas, infernalesq; catenas.  
Huius amor mundi putei parat ima profundū,  
Protinus extinctus moritur, qui mittitur intus.  
Semper ad ima cadit, semper mors obuia vadit,  
Nec venit ad metas mortis miserabilis ætas.  
Nescia finiri, semperq; videtur oriri,  
Semper vexando, semper gemitus renouando,  
Ingerit ardores infinitosq; dolores.  
Sunt ibi serpentes flammæ ex ore vomentes,  
Funestos dentes, & guttura torua gerentes:  
A flatu quorum pereunt animæ miserorum,  
Sunt ibi torrores serpentibus horridiores,  
Deformes, nigri, sed non ad verbera pigri.



Nuncq̄ lassantur, sed semper ad hæc renouantur.  
Et mala feruentes sunt, ad tormenta recentes,  
Semper tritati, semperq̄ ferire parati,  
Semper inardescunt, nec cessant, nec requiescunt.  
Sic exercentur, nec parcunt, nec miserentur,  
Quam male damnatur, quã fortiter excruciat,ur,  
Qui fert tantorum feritatem suppliciorum,  
Quid tunc thesauri? quid aceruus proderit auris?  
Cum peccatores mittentur in inferiores  
Inferni latebras, ignem pariterq̄ tenebras.  
Semper passuri, nec ab his vnquam redituri.  
Tunc flens & tristis, qui pœnis traditur istis.  
Malet præteritę q̄ in omni tempore vitę  
Pauper vixisset, quam diuitias habuisset,  
Stat male securus, qui protinus est ruiturus.  
Nec bene letatur, cui pœna dolorq̄ paratur,  
Non igitur cures, gazas acquirere plures,  
Gazas fallaces, incertas, atq̄ fugaces,  
Quę magis optantur, cū plenius accumulatur.  
Nec fatiant mentem, semper maiora petentem.  
Diuitię tales, sunt omnibus exitiales,  
Nam sibi credentes faciunt miseros, & egentes,  
Post carnis vitam per blandimenta nutritam,  
Expertesq̄ boni tradentur perditioni.  
Nemo tamen credat, q̄ ista luce recedat  
Ignibus arsurus, vel propter opes periturus,  
Si proprium seruet, si diuitias coaceruet.  
Quamuis sit rarum, poterit possessor earum  
Iuste saluari, si fugiat nomen auari.  
Viuat prudenter, gazas habeat sapienter,  
Non abscondendo, sed egenis distribuendo.  
Sed satis est notum; quia plus dimittere totum  
Prodest, q̄ temere quę sunt incerta tenere,  
Tutius est vere morsus fugiendo cauere,  
Quam prope serpentē procūbere virus habentē.  
Sic est de mundo, quare tibi consilium do.  
Quatenus hoc spretote tradas pectore læto  
Seruitio Christi, cui traditus ipse fuisti.

A iij

Hic tibi præbebit regnum, quod sine carebit,  
 Huic si serueris, cellis opibus potieris.  
 Tollere quas fures nequeunt, nec rodere mures,  
 Collige thesaurum, qui gemas vincit & aurum.  
 Quære bonos mores thesauros interiores,  
 Gazas congestas præcellit mentis honestas.  
 Nam miser est & erit, qui mundi prospera querit,  
 Est diues vere, qui non ea curat habere.  
 Qui bonus est intus fidei munimine cinctus.  
 Cum bona quis tractat, cum se virtutibus aptat,  
 Semper honestatis studium tenet & probitatis,  
 Si nihil est sordis, quod polluat intima cordis.  
 His delectatur dominus, qui cor speculatur,  
 Thesaurus talis præciosus spiritalis  
 Comparat eternam vitam, patriamque supernam.  
 Congregat in cælis thesauros quisque fidelis.  
 Per que bonos mores ad summos tendit honores,  
 Nec modo vult fieri locuples, nec magnus haberi.  
 Sed semper minimus, semper despectus & imus.  
 Plus paupertatem cupiens, quam prosperitatem.  
 Hæc ideo tolerat, quia cæli gaudia sperat.  
**P**AUPER amabilis, & venerabilis, & benedictus,  
**D**IUES inutilis, & miserabilis, & maledictus:  
 Qui bona negligit, & mala diligit, intrat abyssum.  
 Nulla potentia, nulla pecunia liberat ipsum,  
 Irremeabilis, insatiabilis illa vorago.  
 Hic ubi mergitur horrida cernitur omnis imago,  
 Hæc cruciamina per sua crimina promeruere.  
 Vir miserabilis, æuaque flebilis hæc subiere,  
 Iussa dei pia, iussa salubria si tenuissent,  
 Vir neque foemina, nec sua femina morte perissent.  
 Sed quia spernere, iussaque soluere non timuerunt,  
 Mors grauis irruit, hoc merito fuit, & perierunt.  
 Ianua mortis, passio fortis crimen eorum,  
 Attulit orbi semina morbitotque malorum.  
 Illa parentes, atque sequentes, culpa peremit,  
 Atque piarum deliciarum munus ademit,  
 Flebile fatum dans cruciatum, dansque dolorem.

Ipsa mereri perdere veri regis amorem.  
Tamlachrymosa, tamq; perosa morte perire.  
Atq; terorum suppliciorum claustra subire.  
Est data seua causa per Euam perditionis,  
Dum meliorem sperat honorem voce draconis.  
Hec male credēs, nos quoq; ledēs crimine magno,  
Omne tristi subdidit isti sæcula damno,  
Stirps miserorum plena dolorum postea creuit.  
His quoq; damnis pluribus annis subdita fleuit.  
Sed deus omnipotens qui verbo cūcta creauit,  
Sic cecidisse dolens hominem, quē semper amauit.  
Ipse suum verbum transmisit ad infama mundi,  
Exulibus miseris aperire v̄sam redeundi.  
Filius ergo Dei descendit ab arce superna,  
Nunquam discedens a maiestate paterna.  
Qui corpus sumens animatum nomine saluo,  
Processit natus sacro de virginis aluo.  
Verus homo, verusq; deus, pius & miserator,  
Saluator verus nostræ salutis amator;  
Viuentiq; volens nobis ostendere normam,  
Sed dedit exemplum, rectamq; per omnia formā.  
Insuper & multos voluit sufferre labores,  
Atq; dolore suo nostros auferre dolores.  
Sponte sua moriens, mortem moriendo peremit;  
Et sic perpetua miseros a morte redemit.  
Quod nō debebat soluens, ita fons pietatis  
Succurrit nobis mortali peste grauatis,  
Pondera nostra ferens penitus nos exonerauit,  
Et quicquid crimen vetus attulerat, reparauit,  
Nam de morte pia consurgens vt leo fortis,  
Restituit vitam prostrato principe mortis,  
Sic domini pietas mundum non passa perire,  
Fecit nos miseros ad gaudia prima redire.  
Hoc satis audisti frater, q; gratia Christi  
Si nos saluauit, nostrumq; genus renouauit,  
Si sapias, hoc credas, nec hac ratione recedas,  
Sed quid lucratur credas, qui non operatur?  
Hic male se ledit, male viuens non bene credit.

A iiij

Crede mihi, magnū fides illa facit sibi damnum,  
Mortem mercatur, quia mortua iure vocatur,  
Hunc sapit ipsa mori sub iudicio grauiori,  
Quam si nescisset, fidei quid dogma fuisset.  
Quod loquor est notum, retinentibus vtile totum.  
Frater id ausculta, venient tibi commoda multa  
Si retinere velis, quia sic eris ipse fidelis,  
Hanc per virtutem poteris sperare salutem,  
Atq; beatus eris, si, quæ bona sunt, opereris.  
Ergo verborum semper memor esto meorum,  
Contra tuę mentis sit semper in his documentis,  
Si vis saluari, semper studeas imitari  
Vitam iustorum, fugiens exempla malorum,  
Illis iungeris: quorum nunc facta sequeris.  
Elige sanctorum consortia non reproborum,  
O quam ditantur, qui cælica regna lucrantur,  
Sic exaltantur, qui sanctis associantur.  
Viuunt iucundi, qui sperunt gaudia mundi,  
Qui carnis miseræ norunt viciosa carere,  
Sub pedibus quorum victus iacet hostis eorum,  
His dabitur vere dominum sine fide videre,  
Angelicos choro diuina laude sonoros:  
Dñ quibus ante deum referent cū laude trophæū.  
Quod tibi nunc dico, si serues corde pudico,  
Hos inter cœtus viues sine tempore lætus,  
Sed miseri flebunt, quia gaudia nulla videbunt.  
Nunquam cum reprobis tribuatur portio nobis,  
Ad pœnas ibunt, & sic sine fine peribunt,  
Mundus ad hanc partē trahitur per demonis artē.  
Istacq; damna ferent qui sordibus eius adherent,  
His igitur monitis, tactis, toties repetitis  
Sensu discreto, quę sunt nocitura caueto,  
Preuigili cura, semper meditare futura.  
Quam fera quam fortis, veniet distinctio mortis:  
Quæ quia pandetur cum spiritus egredietur;  
Quid sis facturus, vel quos comites habiturus,  
Quam miser infernus; quā nobilis ordo supernus.  
Quę mala damnatis; quę sunt bona parta beatis.

Quantū gaudebūt, quos gaudia summa replebūt,  
Quos illustrabit, quos semper lætificabit  
Visio sancta dei, splendorq; suæ faciei.  
Talia volenti dabitur noua gratia menti,  
Cum studio tali dulcedine spiritali  
Mens tua pascetur, si iugiter hæc meditetur.  
Hoc studium mentem, domino facit esse placentē.  
Curas terrenas magno cruciamine plenas  
Funditus expellit, vitiorum gramina vellit,  
Exitus ostendit, quo mundi gloria tendit.  
Sic æternorum mens tacta timore dolorum  
Deserit errorem, mundiq; depellit amorem.  
Confert tale bonum domini mirabile donum,  
Nam cum mutatur male mēs, deus hæc operatur.  
Virtutum munus prestare potest deus vnus:  
Qui sic seruatorum docet intus corda suorum.  
Gaudia dat menti, verax deus hæc facienti.  
Postea summorum flagrescit amore bonorum,  
Qui bona sectantur, vel dicunt, vel meditantur.  
Sic dominus mores illos leuat ad meliores,  
Quos hic lugentes videt, auxiliumq; petentes.  
Ergo fide pura te christo subdere cura:  
Auxilio cuius fugias mala temporis huius.  
**A**tria sunt cæli mente patefacta fideli.  
Semper ibi viues, diuino munere diues:  
Si vis sincere Christi præcepta tenere,  
Christo iunguntur, sua qui præcepta sequuntur.  
Nam deus æternū dabit his, regnumq; supernū.  
Gloria cælestis paradisi dedita festis  
Hos faciet lætos, & pax æterna quietos.  
Iam delecteris, cum talia præmediteris,  
Ista libens audi, & ad hæc pia gaudia plaude.  
Non tamen ignores per magnos ista labores  
Sanctis acquiri, nec fortuitu reperiri.  
Nam quamuis gratis tribuat deus ista beatis,  
Nemo tamen segnis vitæ fert dona perennis.  
Ni melior factus proprios correxerit actus.  
Quē facit his dignū, dominus vult esse benignū.

A v

Promptum, feruentem, non otia vana petentem,  
Sed regnum cæli non credit corde fideli  
Inspiciens & hebes, sed tu bene credere debes  
Christo dicenti, rapiunt illud violenter,  
Scilicet austeri se distringendo seueri,  
Mollia spernentes, & carni vim facientes,  
Iugiter intenti domino parare iubenti,  
Res est nota satis, quod nil habet utilitatis,  
Spiritus inde perit, dum corpus dulcia quærit,  
Et dum vexatur caro, spiritus alleuiatur,  
Cumque relaxatur, mortaliter ille grauatur,  
Omne quod ostendo, potes videre legendo,  
Indice scriptura poteris cognoscere plura,  
Vitam quærenti dat iter sacra lectio menti,  
Accipe scriptorum frater documenta meorum,  
Quæ tibi monstravi, quæ dulciter insinuavi,  
Non ea corde graui videas, sed mente suavi,  
Quicquid enim scripsi, multum tibi proderit ipsi,  
Si via virtutis delectet iterque salutis,  
Nam res cælestis (cui nil latet) est mihi testis,  
Nil tibi narraui, nisi quod prodesse putauit,  
Nec ratio veri debet tibi dura videri,  
Namque per angustum tibi dixi currere iustum,  
Sic probus ascendit, dum semper ardua tendit,  
Hunc facies cursum, si vis ascendere sursum,  
Fortassis puero tibi frustra mittere quæro,  
Sed pater immensus det perspicuos tibi sensus,  
Roboret ætatem, tribuatque tibi probitatem,  
Filius ipse Dei spes nostræ progeniei  
Auctor honestatis, fons perpetuæ bonitatis,  
Virtutum flores, & honestos det tibi mores,  
Spiritus amborum, qui tangit corda suorum,  
Et sine verborum sonitu fit doctor eorum,  
Ipse tuam mentem regat, & faciat sapientem,  
Recte credentem, sacros monitus retinentem,  
Et bene viuendo, mandata Dei que sequendo,  
Leticiam verę lucis merearis habere,  
Que tenebras nescit, maiorque nitore nitescit,

Et cuiusq; datur sine fine beatificatur,

Hoc tibi det munus, qui regnat trinus & vnus.

**I**n re terrena nihil aliud est nisi poena,

**I**n re terrena labor eminent atq; catena,

**I**n re terrena, nec lex, nec iuris habena.

**A** re terrena factorum mens aliena,

**A** re terrena requies remouetur amoena.

**A** re terrena procedunt mille venena,

**P**ro re terrena procul est homo luce serena.

**P**ro re terrena manus enseni tractat egena.

**P**ro re terrena diues vexatur harena.

**D**e re terrena non sit tibi plena crumena.

**D**e re terrena tua mens non fiat amoena.

**D**e re terrena non sit tibi gloria plena.

**E**xitus ostendit quo mundi gloria tendit,

**H**ierusalem ciuis fragili dum corpore viuis,

**I**nteger & sospes transi peregrinus & hospes,

**D**um peregrinaris nolo terrena sequaris.

**E**ffuge res viles Christi fortissime miles.

**E**ffuge iocundi laqueos & retia mundi,

**N**on caelum quaeret, qui terrae totus adhæret.

**Q**uem mundana ligant, quem curæ mille fatigant.

**Q**uem nec honor miserum satiat, nec copia rerum.

**A**spice, festina, pereunt quaecunq; ruina.

**M**orte repentina vi, furto, fraude, rapina.

**V**itaq; cunctorum breuis & plena dolorum.

**Q**uid caro, vilis humus, Quid carnis gloria, fumus.

**O**mnis honor fluxus, rerum perit illico luxus.

**O** Diues, diues, non omni tempore viues.

**F**ac bene dum viuis, post mortem viuere si vis.

**F**ac quod Christus amat, dum pauper ad ostia clamat.

**P**auperis in specie, nam sepe deus latet ipse.

**A**urum quod nosti, forsan seruabitur hosti.

**C**ollige fragmentum, quia pauperis est alimentum.

**N**escis quod seruas, ad opus cuius coaceruas.

**A**urum quod seruas) auare quid coaceruas?

**Quod parcus quæres, effundet prodigus hæres,**  
**Tu modica fossa clauderis pellis & ossa.**  
**Heu stolidæ mentes pereunt, peritura sequentes.**  
**Sed sapiens spernit, quicquid mutabile cernit.**  
**Et nihil esse putat, quod totum labile mutat.**  
**Ergo tu totis contemnens infima votis,**  
**Ad vitam æternam curras, palmamq; supernam.**  
**Hostem funestum patieris, iterq; molestum,**  
**Esto luctator fortis, cautusq; viator.**  
**Non dantur segni cælestis præmia regni.**  
**Despice labentem mundum, subito fugientem.**  
**Desere festinus mundum, transi peregrinus,**  
**Curritur absq; mora, cito transit, ne redit hora.**  
**Mundicalcator vacuus transitq; viator.**  
**Ad patriam sospes veniet, qui transit vt hospes.**  
**Ad mortem cursus brevis est, non inde recursus**  
**Mors subito veniet; pulvis caro sordida fiet.**  
**Mundus transibit, sua gloria vana peribit.**  
**Nullus in hoc fructus sequitur sua gaudia luctus.**  
**Infima temnamus, ardenter summa petamus.**  
**Thesaurizemus nobis; dum tempus habemus.**  
**Regnum cælorum requies est plena bonorum.**  
**Hic non algores, nebulæ, nox atra, calores.**  
**Hic viret æternum tempus, sine turbine vernum.**  
**Hic sol iusticiæ radiat, splendorq; sophiæ.**  
**Hic omnes iusti iuvenes formaq; venusti**  
**Vt sol fulgebunt, domino similesq; manebunt.**  
**Nil tibi decrescit, nil languet, nilq; senescit.**  
**Nil deformatur, nil transit, nil variatur.**  
**Non ibi merores, omnes procul inde dolores,**  
**Cuncta manent læta, sunt omnia plena quiete,**  
**Omnes exultant, omnes laudando resultant.**  
**Angeliciq; chori diuina laude sonori**  
**Hæclaudât, qd' amât, quod sæcla per omnia clamât.**  
**Est tibi solennis, iucunda, diesq; perennis.**  
**Dulcis conuentus, famosa canora iuuentus.**  
**Pax tibi iucundans, quasi flumē vbiq; redūdans.**  
**Vnanimes cuncti, velut vno corpore iuncti.**



Omnia cernentes sunt, & sua corda videntes,  
Nil tibi deficiet; deus omnibus omnia fiet.

**O** Gens mortalis, gens ferrea; gens animalis;  
Hic cito festina res exul, res peregrina.

Huc gressus fuge, mundi de stercore surge,  
Mundo ne credas, quia nescis quando recedas.

Te rege solicite, fragilis reminiscere vite.  
Postquam migrabis, huc postea non remeabis.

Est iter angustum, quod ducit ad æthera sursum,  
Hoc pauci querunt, pauciq; sequi potuerunt,

Cum paucis esto, semper mortis memor esto.  
¶ Plus amat exilium miseri miser orbis amator.

Quam patriam, semperq; cupit vagus esse viator.  
Plus mare quam portum miseri miser incola mudi

Diligit, atq; dolet fieri sine spe redeundi.  
Infelix gaudet in valle iacens lachrymarum.

Ridet, & exultat in carcere terrigenarum,  
Qua gaudere potest peregrinus homo ratione

Dum vagus incertus procul exultat regione,  
Dum captiuatur miser in misera babylone,

Dum dire premitur, dum feruit sub Pharaone.  
Cur Sodomam colitis perituri rem perituram?

Cur cito non fugitis ruituri rem ruituram?  
Quid gen<sup>9</sup> & species? quid opes & fama valebit?

Quando nil diues, sed totum pauper habebit,  
Quãdo tremens mundus Christo veniente patebit.

Vester Aristoteles, Socrates, seu Plato tacebit,  
Qualis in hac vita fuerit, tunc quisq; videbit.

Mentes corruptas excecet blanda voluptas,  
Audi doctrinam si vis vitare ruinam.

Fœmina res fragilis, res lubrica, res puerilis.  
Mobilis, indocilis, nil in ea nisi lis.

Corrapit, & tollit, & ferrea pectora mollit,  
Prima virum primum mulier deiecit ad imum.

Fœmina Samsonem fregit, David, & Salomonē,  
Non est Samsonē maior David & Salomone.

Fœmina, credentem decepit prothoparentem,  
Si dominum queris, fuge colloquium mulieris.

Colloquium quarum nihil est, nisi virus amarum,  
Ebrius ille nimis est, qui submersus in imis  
Propter foetorem mundi, qui perdit honorem,  
Alea, bacchus, amor mulierum reddit egenum,  
Hæc tria, qui sequitur, nullus ditabitur vnquam,  
Fel latet in melle, sed nec bibitur sine felle,  
Risus habet fletum, nectarq; molestat acetum,  
Vitæ præsentis sic comparo gaudia mentis,  
Cum neutrum duret, nemo comprehendere curet.  
Quod breuiter durat, quis prudens quære curat?  
Omnis in hoc mundo fragilis stat sicut arundo,  
Quem ventus agitat, fluiusq; simul labefactat,  
Non bene lætatur, cui causa flendi paratur.  
Non stat securus, qui protinus est ruiturus,  
Sic dare vita statum, nulli valet, illa beatum,  
Cum sit inæqualis; nunc lucida, nunc pluuiialis.  
Quæ si forte daret, mors hunc totum annihilaret.  
Quicquid vita dedit, tollit dum vita recedit,  
**I** Ob de præsentis vitæ breuitate querentis,  
**I** Hæc sunt verba fere, nascens homo de muliere;  
Ut flos apparet, venit æstus protinus aret,  
Ergo sperne breuem, vitamq; præelige longam,  
Atq; labore breui requiem pete perpetis æui,  
Fortunæ fragilis fiat tibi copia vilis;  
Quæ nisi valescat frustra, quem linqui, timefcet,  
Pauperibus large, nunc dum tua bona sunt sparge,  
Hæres non curet tibi sit tuus o moriture,  
Vos qui diligitis bona, quæ retinere nequitis;  
Et non diligitis, quæ perpetua scitis,  
Humanæ vitæ planctus audire, venite.  
Ut pernoscat, quam vtile sit, quod amatis,  
Et resipiscatis, ne cum satana pereatis,  
Forma puellarum, deceptio mentis earum;  
Et iuuenum vultus, circa barbam vel adultus,  
Quos leuitas morum laqueis innectit amorum,  
Vno momento, pereunt equalia vento,  
Fitq; cadaver humus, petit impia tartara fumus;  
Flent illos chari, nequeunt sed flendo iuuari.

Quid miser obscœnas metuis vacuare crumenas?  
 Cur cito non parcis, tua dum marsupia farcis?  
 Nescis, quod seruas, cuius ad opus coaceruas  
 Aurum, quod nosti, forsan seruabitur hosti.  
 Mors rapiet, quod habes, fiet caro post tua tabes,  
 Nec tecum tolles plenos rubigine folles,  
 Infelix fletus iuuat æternos cruciatus,  
 Ostro vestitus gemmis capite redimitus,  
 Potans præclarum, comedens bona deliciarum,  
 Ius mucronis habens, & in omni crimine labens,  
 Contemptor iuris, & abutens iure securis,  
 Qui grauat atq; premit, quos christus ab hoste redemit.  
 Si venit hora cadit, moriens ad tartara vadit.  
 Sed si ploratur, nunquam plorando iuuatur,  
 Lingua facundi sectantes lubrica mundi.  
 Candida denigrant, atq; nigra loquendo dealbant,  
 Dum dissoluuntur, nec nigra, nec alba loquuntur.  
 Longum tormentum manet hos in valle silentium.  
 Nam lachrymis silentium fit poena minor patientum  
 Scitur in omne latus, nocuus cibus immoderatus.  
 Et nimis potus venerit solet edere motus.  
 Tempora longæui breuis esca tibi dabit æui.  
 Non tibi fit venter dominus, sed viue decenter  
 Parcus vescendo, parcissimus esto bibendo,  
 Serua gustando, quid, quantum, quomodo, quando.  
 Ergo cura datur si victis parcus amatur.  
 Vt physicus fatur parcus de morte leuatur.  
 Ex nimia cœna stomacho fit maxima poena,  
 Vt sis ergo leuis, sit tibi cœna breuis.  
 Cœna breuis, vel cœna leuis fit carne modesta.  
 Magna nocet, medicina docet, res est manifesta.  
 Sume cibum modice, modico natura fouetur,  
 Sic carnem refice, ne mens ieiuna grauetur  
 Qui studet in nummis, hic præfert infima summis,  
 Dumq; creaturam periturus amat perituram,  
 Condita factori præponit & eius amori.  
 Semper habere parum Flaccus testatur auarum,  
 Hunc amor augendi cruciat terrorq; carendi.

Nil secum gustat moriens; nil tunc bene restat.  
Nullus ei fructus remanet, nisi mors, nisi luctus.  
Hunc timor exagitat, quem gaza superflua ditat.  
Sed nihil hic dubitat, qui cuncta superflua vitat.  
Viuu securus, paupertas est sibi murus.  
Diues nil audet; paupertas libera gaudet,  
Excubat & pallet diues, torquetur in ostro.  
Tutus in exiguo stramine dormit inops.  
Posse foramen acus citius transire camellum  
Scimus: q̄ valeat homo diues scandere cælum.  
Siquis nos lædat patienter sustineamus:  
Nec malefactori mala, sed bona retribuamus.  
Non satis esse putes, vt ames, quem credis amicū.  
Rex nou<sup>9</sup> & noua lex iubet hoc, vt ames inimicū.  
Dat deus iratus nobis mala, si quid agamus,  
Denegat & nobis sepe misertus idem.  
Sese cognoscat, si quis vult esse beatus.  
Spernere mundū, spernere nullū, spernere sese.  
Spernere se sperni sunt quatuor hæc bona nostri.  
Cum quis turpe facit, & me spectante rubescit,  
Cur spectante deo non magis ille rubet?  
Si patriæ iudex sciret sua facta, timeret.  
Scit dominus rerum, cur nihil ergo timet?  
Sed tacet, & differt, & mundi crimina punit.  
Puniet, & meritis arbiter æquus erit.  
Gaudia perpetuos paruit mundana dolores.  
Tollit & æternū viuere vita breuis.  
Menstua terrenis non hereat atq; caducis,  
Sed semper cupiat æternę gaudia lucis.  
Quę carnem mulcent, mentibus illa nocent,  
Exiguus labor est, sed merces magna laboris.  
Præterit ille cito, præmia sine carent.  
Iusticiæ montes virtutis ad ardua nullus  
Scandet, dum mundi rebus amicus erit.  
Non satis expurgat vitę maculas vitiosæ,  
Qui delectatur viuendo delictose.  
Filius a seruo sic dispar esse probatur,  
Ille timet. & amat, qui filius est, & amatur.

Ingradiens animum timor introduxit amorem,  
Introductus amor expellit & inde timorem,  
Qui se laudari gaudet, qui vult venerari,  
Flatibus inflatur, ventum colit & veneratur,  
Ebrius, & plenus vini fit mentis egenus,  
Ille facit fraudem domino, qui vult sibi laudem,  
Si quis laudatur, merito Deus hæc operatur.  
Exitus ostendit, quo mundi gloria tendit.

Qui timet esse bonus, non timet esse malus;  
Esse bonus propera, nūquam nimium properabis,  
Ergo cito propera, nam cito mors properat,  
Nāq; caro foenum, flos foeni gloria carnis.

Præterit omnis homo, præterit esse suum,  
Sola manet virtus, faciet te sola beatum,

Cætera prætereunt; despice quæ pereunt:  
Me miserum quid agam? porto sub pectore plagā,  
Plangam peccati foetentis inueterati:  
Tanq; si portem sub eodem pectore mortem,  
Quam quoties laui, toties amplustra ligavi.

Accorruptela toties est rupta medela,  
Mille ligaturas ammouit, nil valituras,

Semper rupta cutis, semper spes nulla salutis,  
Sic totis horis mea mens est plena doloris,

Nam formidat ita, cito discedere vita,  
Flammas æternas infernalesq; catenas,

Et flammam horret; quibus ultio crimina torret,  
Dum tamen hæc meditor, frustra cōsurgere nitor.

Hærens quippe luto præ consuetudine nuto,  
In tot & tantis violavi iussa tonantis

Cur prope despero? spero, melioraq; fero,  
Sed quamuis fero, tamen adiutoria quæro.

Non humana quidē, quia sunt mihi cognita pridē,  
Sola diuina saluandus sum medicina,

Filius est iræ, qui vult sine fine perire,  
Et sine fine perit, qui non sibi congrua quærit.

Ad te suspiro cæli non subdita gyro,  
Summe sacerdotum tibi profero debile votum,

Dextera saluatrici fac careat ista cicatrix.

B

Christe Dei verbum qui despicias omne superbū,  
Exaltas humiles, tollis de puluere viles,  
Plasmator rerum, lumen de lumine verum,  
Hunc adhibebo manus, vt fecit Samaritanus,  
Ablue diuino saniem cum sanguine vino,  
Et donec viuo perfundito vulnus cliuo,  
Et vino lotum sanetur in inguine fotum,  
O maior cælo, tibi quod dolet, omne reuelo,  
Culpas agnosco, laxari debita posco,  
Spernere me noli, quia peccaui tibi soli,  
Nec me trade neci, quia coram te male feci,  
Mundi saluator, nostręq; salutis amator,  
Per cuius numen recipit cęcatio lumen,  
Per cuius nutum replet facundia mutum,  
Ex oculis cordis mihi tolle, quod est tibi sordis,  
Et linguam mutam fac ad bona verba solutam,  
Languida qui sanas, cura replet, aspera planas,  
Rectificas tortum, mentem conuertis ad ortum,  
His alijsq; malis, mihi queso sis venialis.

**S**Tella Maria maris, quę cū domino dominaris,  
Me pia virgo iuua matura dulcior vua,  
Virgo parens Christi mihi placa, quem genuisti,  
Et tu chare Deo, qui natus es ex Zebedęo,  
Exora pro me Petre nobilis incola Romę,  
Et tu Paule sacer vir spiritalis & acer,  
Atq; Dei sancti me pacificate tonanti,  
Omnes electi faciant dominum prece flecti.

**Q**uestio magna diu multis meditantib; orta est,  
Difficilis nimium prę grauitate sui:  
Cur Deus omnipotens reliquos formādo creauit,  
Quos peccaturos nouerat ipse prius,  
Diues ab æterno, qui diues erat sine mundo,  
Quid pro factura contulit ipse sibi,  
Cur fecit, quia sic voluit, cui tanta potestas,  
Vt quicquid verbo diceret, esset opus,  
Dixit enim sint illa, vel hæc, & facta fuerunt,

Protulit, & fecit cuncta creata simul,  
Et quia sic voluit Deus, est eiusque voluntas  
Causa creaturæ, quæ sit in esse suo.  
Ad quid fecit eam, nisi ut laudetur ab ipsa?  
Omnia nam laudant voce, vel esse Deum.  
Iste Deus trinus trinum dedit esse creatis,  
Inde, quod edocuit littera sacra; docet.  
Hæc, quæ sunt, vel erunt, vel quæ iam præterierunt,  
Omnia diuina mente fuere Dei.  
Sic status æternus fuit; & sine tempore rerum,  
Qua vita viuunt omnia, vita Deus.  
Cur fecit peritura sciens cui cuncta patebunt  
Ordo diuinus consiliumque sui?  
Sicut enim dominus perituros nouerat ante,  
Quam faceret iuste deficiente malo.  
Nam dedit arbitrii libertatem faciendi  
Omne, quod ex libito cuique placeret, opus.  
Ergo posse bonum; vel posse malum dedit illis;  
Ut virtus aliquem posset habere locum.  
Nam malefactorum sequitur damnatio iusta.  
Et iustis iuste iusta caroque datur.  
Si deus ad partem nos tantum cogeret vnam,  
Tunc nihil afferret gratia vel meritum.  
Ergo credo Deus bona vel mala quæque futura  
Nouit, & ex illis quid bonitatis agant.

**L**ucifer ex merito cecidit delapsus ad ima,  
Quod spreuit domino subditus esse suo.  
Ordine præcellens socios superabat honore,  
Lumine transcendens lumina clara poli.  
Nec vir, nec mulier, nec serpens obstetit illi.  
De se præsumens perdidit omne decus.  
Sed quia sponte sua, nulloque mouente superbus  
Extitit, a summa corruit arce poli.  
Sic merito caruit venia cum luce perenni.  
Qui nec adhuc veniam; nec loca clara petit,  
Vnde dolens se muneribus caruisse supernis,  
Atque sua culpa deseruisse Deum.

B ñ

Humano generi virus meditando parauit,  
 Quo miser in mortem subuertetur homo,  
 Sed quia serpenti mendaci credidit vxor,  
 Decipitur coniux: qua mediante ruit,  
 Hanc deus ex costa sociam formauerat illi,  
 Vt subiecta viro viueret ipsa suo,  
 Sed fuit exitium cui debuit auxiliari:  
 Et submersa prius merfit ad ima parem.  
 Et quia fallacis fallacia fallere sponsui  
 Verba solent, sponsa fallit & ipsa suum  
 Hoste malo mala fit mulier, vir per mulierem  
 Credit vterq; malo, factus vterq; malus,  
 Hostis eum fallit per eam, sed eos perimendo  
 Tollit vtrunq; deus, donat vtrunq; sibi,  
 Hostis foemina vir tentat, latatur, obedit.  
 Et trino mortis vulnere peccat homo.  
 Clausa puella domo, iuuenis delatus ab vrbe,  
 Et foetus tumulo Lazarus ipse notat.  
 Adam peccauit, sed ei caro foemina serpens  
 Fluxa dolosa tumens hoc monuere nefas.  
 Hunc miserando Deus redimēs, mundās, reparāsq;  
 Sanguine fonte sacris sanat, adornat, alit,  
 Risus vita decus pro fletu, morte, pudore,  
 Sic redemit homini compatiēte deo,  
 Foemina causa fuit humanæ perditionis,  
 Qua reparatur homo, foemina causa fuit,  
 Foemina causa fuit, cur homo ruit a paradiso.  
 Qua redit ad vitam, foemina causa fuit,  
 Foemina prima parens iratum reddidit illum,  
 Quem facit esse pium foemina virgo parens.  
 Eua fuit medium, q; homo foret absq; patrono,  
 Virgo fuit medium, q; deus esset homo.  
 Foemina prima parens exosa maligna, superba,  
 Foemina virgo parens casta, benigna, pia.  
 Si Deus est homo, & vult atq; potest misereri  
 Quod velit, hoc homini confero posse Deo.  
 Ex supradictis iam quæstio soluitur ista,  
 Cur deus in mundo condidit omnē quod est.



**O** Mortalis homo casus reminiscere vitæ,  
Dilige pauperiem, mortales effuge gazas,  
Nam reddunt cupidis post carnis dulcia flāmas.  
Quamuis perspicuus auro gemmisq; nitescas,  
Pauper & exiguus exhibis nudus ad vmbas,  
Id solum tecum post facta manebit in æuum;  
Quod bene, quod iuste, quod recte feceris ipse.  
Quisquis amat mūdū, tibi prospice quo sit eundū,  
Hæc via qua vadis, via pessima, plenaq; cladis.  
Hæc via pœnarum trahit ad loca mortiferarum.  
Et nunquam redit huc, quisquis semel fuerit illuc  
Nec prece, nec precio rerum, spacioue dierum  
Solvitur illorum de carcere suppliciorum,  
Semper in æternum nox obscurabit auernum,  
Est ibi densarum nigra congeries tenebrarum,  
Nec sol, nec luna, nec stella videbitur vna,  
Segnior est Ethnæ flammis locus ille gehennæ,  
Magnus & horrendus omni magis igne timēdus.  
Semper flagrabit, miseros sine fine cremabit.  
Sunt tibi pro lignis homines miseri, cibus ignis,  
Hic reprobi cuncti, quasi fasciculi sibi iuncti  
Esuriunt, sitiunt, deformes corpore fiunt,  
Hic horrendorum consortia dæmoniorum,  
Sæui tortores omni gladio grauiore,  
Hic dolor, hic metus, sæcula per omnia luctus,  
Sæcula per mille dolor innumerabilis ille;  
His in tormentis non est spes vlla salutis,  
Hæc lucra sibi feret mundi, qui sordibus hæret.  
Huc semel ingressus, nullos habet inde regressus,  
Qui fugis infernum, regnum querisq; supernum,  
Tu diuersorum fuge discipulos vltiorum,  
Sperne voluptatem, pulchram cole sobrietatem,  
Hæc quos prostravit, virtutibus euacuavit,  
Hæc quos subiecit, pecudes sine robore fecit,  
Altera virtutum genitrix dat pectus acutum,  
Sensus subtiles, animos clarosq; viriles,  
Hanc breuiter ama, per eam crescet tibi fama,  
Hæc regit & munit superis, coniungit & vnit.

B iij

Altera foetorem generat, deformat honorem.  
Flammam flagrantem maculat dextra radiantem.  
Non tibi sit venter dominus, sed viue decenter.  
Parcus vescendo, parcissimus esto bibendo.  
Vino mutatur sensus, mens infatuatur.  
Vinum nudauit Noe sanctum, Loth maculauit.  
Venter propensus hebetat pinguedine sensus.  
Prouocat ardorem veneris, mentisq; soporem.  
Est dilatari porci, postremo vorari.  
Nos dilatemur intus, nos foris attenuemur.  
Sperne vagā venerem, fuge blandiloquā mulierē.  
Rem despectiuam, rem fluxam, remq; nociuam.  
Omnibus illa modis res est plenissima nodis,  
Resq; venenosa, res vilis, res vitiosa.  
Nemo modum seruare potest imbutus amore.

Et quęcunq; iuuat, posse iuuare putat.  
Cum sis imago Dei res inclyta digna trophæi,  
Hæres cœlorum, comes, & gemma deorum,  
Fulgentem cultum, fallacem despice vultum.  
Forma decora foris, tamen intus plena doloris  
Stercoris atq; luti, pecorisq; simillima bruti,  
Despice foetorem Veneris, sectare pudorem,  
Hæc mens insanit, hæc corpus frangit, inanit.  
Altera florentem reddit cum corpore mentem.  
Nec nimia cura periturus ames peritura.  
Nec seruus serues, nec auarus opus coacerues.  
Crescit amor nummi, quantum pecunia crescit,  
Orco siue mari mens equiparatur auari,  
Est velut hydropicus, aut ignis diues iniquus,  
Extimat omne parum cupidus, nil implet auarū.  
Anxius augendo diues, timidus retinendo.  
Nunquam securus, pauperq; repente futurus.  
**L**azarus & diues tibi sunt fomenta futuri.  
Fac bene dum viuis, ni vis moriturus aduri,  
Indiguit stillæ nam diues splendidus ille,  
Fac bene dum viuis, post mortem viuere si vis,  
Nil moriens differt cum summis infima profert.  
Diuitiæ restant, post mortem tartara præstant.

Quam foelix anima est, in qua sibi ponere fidē  
Dignatur summi spiritus ipse Dei.  
Omnis habet subitum terrena potentia finem,  
Atq; fuga celeri deserit ipsa suos.  
Ergo time, quisquis celsos ascendis honores.  
Atq; ruinoso stare memento loco.  
A macula fordīs munda precor intima cordis,  
Ne cordis lumina faciat sordescere crimen.  
Sis animo magnus, sis moribus agna vel agnus.  
Viue deo soli, quod amat caro, querere noli,  
Peruigili cura, pete gaudia non peritura,  
Gaudia diuina, quibus est status absq; ruina:  
Gaudia terrena, modo sunt ad tempus amœna,  
Gaudia terrena, comitatur deniq; pœna.  
Gaudia terrena, non petra tenet sed harena.  
Gaudia terrena, cohibetur deniq; pœna.  
Gaudia vera petas, quæ nuncq; terminet ætas.  
His igitur spretis pete gaudia plena quietis.  
Nec metuas mortem, communem despice sortem:  
Communis fors est, q; cunctis debita mors est.  
Vt Deus absq; mora tibi det, quæ sunt meliora,  
Dira nescis iura, fera lex, sententia dura.  
In re tam dura pensa, quæ pœna futura.  
Ergo verere mori, lachrymas miscendo timori.  
Sit scelus horrore, virtus habeatur honori.  
Crimina deplora, quibus amodo subtrahe lora,  
Fletibus exora dominum, dum sufficit hora,  
Dum superest hora, fuge quæ sunt deteriora.  
Hęc pete, praua caue, tibi sit graue viuere prauē,  
Dulcis amice vale, quod sit peccas veniale.  
**C**Ognitio talis fiet signis generalis,  
**C**Omnibus in rebus terquinis ante diebus  
Atq; dies vnus mundi dans cernere fumus  
Testes horroris tot habens diriq; furoris.  
Est ostendendus per signa timenda timendus.  
Aequor mundabit, montesq; tumens superabit  
Terquinis cubitis excedens quattuor istis.  
Non inuoluendo seu fluctibus alta petendo.

B iij

Rursus submissum subterfluet æquor abyssum,  
At vix cernatur, quo cursus & vnda feratur,  
Antiquusq; status postquam fuerit reparatus;  
Quicquid aquis tegitur, vita sensusq; potitur,  
Æquor inundabit, incerta voce sonabit,  
Voce sua plangent volucres, nec pascua tangent,  
Aera linquentes in campis conuenientes,  
Solis ab occasu crebro labentia casu  
Fulgura splendentē pertransibunt orientem.  
Sydera flammabunt, & longo crinem icabunt,  
Motus terra dabit; animal nullum pede stabit,  
Ligna q; frondētum nemorū genus omne virētū,  
Sanguinis humorem sudabunt, omnia rorem,  
Montes soluentur, quasi puluis efficientur,  
Saxa q; vis sciudet partem, pars altera findet,  
Quodq; laborauit noster labor ædificauit,  
Tunc confundetur, tunc ad nihilum redigetur,  
Abdita sylvarum fugiet genus omne ferarum,  
Et quasi ploratus dabit in campis vlulatus.  
Venturumq; metum resonans cōmuetq; lætum.  
Bustis contractis ac omnino patefactis,  
Surgere nitentur, quæ corpora clausa tenentur,  
Vrbibus exhibunt homines properantes, & ibunt,  
Passim plangētes sine sensu, nilq; loquentes,  
Summa dies rerum post hæc eritque dierum,  
Et quotquot viuent morientur, postq; resurgent,  
Mundi defecti, nec non ab origine mundi,  
Hi, qui saluantur, qui perpetuo cruciantur:  
Huius terrorem quis diceret, atque dolorem?  
Cum tot tormentis conturbatis elementis  
Cælum, terra, mare; monstrabunt hæc properare,  
Dantia maiorum multis documenta malorum:  
Huius terrorem timeamus, amemus honorem,  
Quo se noscendum plene Deus, atq; videndum,  
Iustis præbebit, secreti nilq; latebit,  
Quod non cernatur, ac in deitate sciatur  
Iniqua gaudebunt, quia gaudia sine carebunt,  
E I N I S.

# DOCTRINA

## MENSAE.

IOANNIS SVLPICII VERV-

lani viri disertissimi de moribus pue-  
rorū precipue in mensa seruādis,

Carmen iuuenile.



Vos decet in mēsa mores seruare docem?

Virtuti vt studeas: literulisq; simul.

Que pri<sup>9</sup> admoneo, miti puer indole serua;

Perc; tuis oculis hec mea iussa tenē.

Sit sine labe toga, facies sit lauta, manusq;

Stiria nec naso pendeat vlla tuo.

Et nihil emineant, & sint sine sordibus vngues,

Sit coma, sit turpi calceus absq; lutu,

Linguaq; non rigeat, careant rubigine dentes,

Atq; palam pudeat te fricuisse caput.

Exprimere & publices, scabiemq; vrgere nocentem,

Ne te sordidulum qui videt ista, vocet.

Seu spuis, aut mungis nares, nutasse memēto,

Post tua concustum vertere terge caput.

Mucronem haud tangas digitis: sputum ve resorbas,

Panniculo nasum mungere nempe decet.

Et ructare caue, quin ora in terga reflectas,

Strige os: & crepitum coge tenere nates.

Mundiciaq; tibi placeant: medio quoq; cultu

Vtere: ne turpis vel videare leuis.

Nec maledicta refer: nec promas turpia dictis:

Est stomachosa quidem dicere turpe tibi.

Moribus vrbanis curato peditus esse,

Parce gulæ tibi: luxuriamq; fuge.

Parce & auariciæ: bilem frenare memento,

Inuidulus, timidus, nam odiosus eris.

Desidiam fugies, atq; omnia turpia pelle,

Et ludi turpes sint procul, atq; viri,

Fidus sis; audensq; bonus, temerarius esse  
Despice, non audax sis, timidusq; nimis.  
Nec penitus metum, ne te decet esse loquacem,  
Conuenit ille thoro, conuenit ille foro.  
Et mansuetus eris, rectum te lectus habebit.  
Detege nec socium, nec tua membra moue,  
Nec sis difficilis nimium, nec credulus esto,  
Dedecus & metues; & reuerere bonos.  
Furulis & mendax nunq; nimiumq; seuerus  
Esto, sed comem, munificumq; velim.  
Sis pius, atq; colas superos, venerare parentes,  
Et noceas nulli, surripiasq; nihil,  
Nec sis vinosus, quamuis potasse Catonem:  
Fama refert: fugias sumere vina mera,  
Non sis derisor, non somniculosus, iniquus,  
Non iudex, nec tu testis iniquus eris,  
Omnibus in rebus studeas precor esse modestum,  
Sis audus laudis, sit tibi cura boni,  
Sic bene moratum laudabimus atq; colemus,  
Sic & honorus eris, sic eris ipse grauis.


¶ Secundus libellus huius opusculi.

**N**unc faciles aures, animū quoq; trade serenū.  
Morigerare mihi, mollia iura dabo.  
Non sum, qui laudem summo te accūbere mane,  
Iudice conueniens me dabit hora cibum.  
Nec vos ante focum coenas producite longas,  
Hoc faciet caupo, qui sapit ista, fugit.  
Sterne toros nitide, lautosq; appone quadrantes,  
Atq; salem, & cererem, flumina, vina, dapes.  
Te vitare velim, cupidus, ne (vt lurco) sonoras  
Contractes fauces, mandere rite decet.  
Et licet antiqui cubuissent pectore prono,  
Te colla hæc ætas recta tenere iubet.  
Et finito mensas cubitis hædere potentis.  
Tu tantum faciles pone, repone manus,  
Teq; puer iubeo sedeas, vel raro, sed astans,  
Pocula mitte celer, pone ve, tolle dapes.

Iurata conuiuas semper importare minister  
Effuge, nam turpis sepe fit inde toga.  
Quodque iubebit herus facilis semper subito,  
Quemque tibi dederit, tu tibi sume locum.  
Quodque vir egregius puido tibi porriget, illud  
Sume lubens, grates, aptaque verba refer.  
Esto tribus digitis, magnos nec sumito morsus,  
Nec duplices offas mandere vtrinque iuuet.  
Dapsilis & largus semper, blandique sodali  
Impartire tuo, pauperibusque dapes.  
Nec vos obscenos laudabimus, aut comedones,  
Esse decet viuas, viuere non vt edas.  
Namque cibus nimius capiti, stomachoque nocebit.  
Corporis & vires ingenique rapit.  
Gausape non macules, aut pectora, nec tibi mentis  
Stillet, sique tibi ne manus vincta caue,  
Sæpe ora & digitos mappa siccabis adapta,  
In quadra faciet non tua palma moram.  
Quod tibi vicinum fuerit, tu sume, sodali  
Cede tuo. referat dum tamen ille manum.  
Dumque in frustra secat, caueas sumplisse recissa,  
Lurco legit dulces absque rubore bolos.  
Non manibus gremio immissis tibi vellicet unguis,  
Quod sumes: residens non agitato pedes.  
Incidasque prius, quam dominus contundat offellam  
Tingantur rursus nec tibi morfa, caue.  
Nec linguas digitos: nec rodas turpiter ossa,  
Ast ea cutillo radere rite potes  
Siue super mensam cortex cumuletur: & ipsa  
Ossa vel in pateram prepedibusue iace,  
Ne tanquam ficos tenta: nec dilige frustra:  
Et quocumque manus huc tibi lumen eat,  
Ne socium torue inspicias: quid ve ederit ille,  
Auertas gestus, inspicere sepe tuos.  
Pocula quam sumes, terge tibi mappa labella:  
Si tergas manibus, non mihi charus eris.  
Vna manus sumat pateram, ni hæc iactet in hostem  
Theseus, aut belli sint monumenta patris,

At si hanc binis manibus captabis: id apte  
Efficies: digitis pocula sume tribus.  
Et teneas oculos, nec supra pocula fare:  
Plena aliquo vita sit tibi bucca cibo.  
Deme merum cratho: multum si forte superfit,  
Quod nolet socius sumere rite tuus.  
Qui sapit, extinguet multo cum fonte falernum;  
Et parco limpham diluet ille mero.  
Non facies binos haustus, nec fessus anheles:  
Sibila nec labijs stridula prome tuis.  
Nec cito sorbebis (sicut oui lutea grati)  
Nec nimium tarda sume falerna mora.  
Vnum, siue duo, vel ad summum tria pocula sumes.  
Si hunc numerum excedas, iam mihi potor eris.  
Fac videas quodcumq; bibes: modicumq; pitissa,  
Crater siue calix det tibi vina brevis.  
Os quoq; tergebis semper post pocula: palmas  
Ablue: quum mensam desederis, atque labra.  
Inflexensque genu iungens quoq; brachia, prosit  
Dicito: sed tolles ordine queq; suo.

FINIS.









UVA. BHSC. SC 09276

UVA. BHSC. SC 09276

373

SEIDVIA

OPVS

Paschale

Ejusdem

Florenti

Biblioteca de Santa C

9276

UVA. BHSC. SC 09276



DVA. BHSC. SC 09276



*UVA. BHSC. SC 09276*



DVA. BHSC. SC 09276